



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>




Sh 44,388.9




Harvard College Library

FROM

By Exchange





lover

Lib. 44.388.9

DE
ABUNDANTI GENERE DICENDI HERODOTEI ET
THUCYDIDEI QUÆSTIONES SELECTÆ.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GUILIELMUS AMRHEIN,
MARPURGENSIS.

MARPURGI CATTORUM
TYPIS OSCARI EHRHARDTI
MDCCLXXXIII.

Sh 44. 388.9

Harvard College Library

Mar. 7. 1902.

By Exchange.

RECEIVED
MAR 7 1902

Haec dissertatio ab amplissimo philosophorum Marpurgensium
ordine comprobata est a. d. VII. Kal. Nov. a. 1892.

Commentatione mea quae inscribitur ‚de pleonasmo Herodoteo pars I.‘ et prodiit in annalibus gymnasii Hamelensis anno 1883 confecta speravi alteram quoque partem quam promiseram mox a me confici posse. Sed officii munere satis occupatus nec semper bona valetudine usus per longum temporis spatium cum magno meo dolore deterritus sum, ne in pertractando pleonasmo Herodoteo pergerem: nunc demum alteram partem confeci, in qua Th. Birtio auctore in Thucydidis quoque abundantiam sermonis inquisivi. Cum autem ea quae l. l. pag. 3 sq. de pleonasmo attulimus, breviter strictimque composita sint ob eamque causam vix satisfecerint, haud abs re esse puto hic copiosius de pleonasmī natura disputare.

Cap. I.

De pleonasmī notione qualis constituta sit a veteribus et recentioribus grammaticis.

Pleonasmus quid sit inde a veterrimis temporibus usque ad aetatem nostram multum in vicem disceptatum est. Ut examinemus, quo sensu veteres grammatici et rhetores pleonasmum perceperint, definitiones eorum congeramus, ita quidem ut initium faciamus a Graecis.

Alexander rhetor (Walz rhet. Graeci VIII p. 469) elocutionis figuris attribuit pleonasmum eumque definit verbis: Πλεονασμός δ' ἐστὶν ὅταν ἢ τῷ λόγῳ προσκείμενον μέρος ἐκ τοῦ περισσοῦ κόσμου

χάριν ἢ ἐμφάσεως, οὐ ἀφαιρεθέντος οὐδὲν ἢ διάνοια βλάπτεται ὡς ἔχει τὸ τοιοῦτον· κίνησις γὰρ αὐτῆ μεγίστη δὴ τοῖς Ἑλλησιν ἐγένετο. ἐνταῦθα γὰρ τὸ δὴ προσκείμενον τῷ λόγῳ παρέσχε κόσμον, ἀφαιρεθὲν δὲ οὐδὲν λυμάνεται τὴν διάνοιαν.

Tiberius figuras elocutionis a figuris sententiarum scite secernit et pleonasmum illis attribuens definit l. l. pg. 563: Πλεονασμὸς δὲ ἐστὶ· τί δεῖ πράττειν καὶ ποιεῖν τὴν πόλιν; ἐνέργειαν τὸ σχῆμα ἔχει ἐν τῷ πνευματικῷ τιθεμένῃ. συνωνυμῶν ὀνομάζει τὸ σχῆμα Καικίλιος ὅταν κατὰ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἢ κατὰ τοῦ προκειμένου δύο λέξεις γενηθῶσι· τοῦτο δὲ πλεονασμὸν ὀνομάζει Ἀψίνης, τότε δὴ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐλείπον.

Phoebammon rhetor pleonasmum et elocutionis et sententiarum figuris attribuit, Georgius Choeroboscus in libro *περὶ τρόπων* inscripto (l. l. pg. 813 sq.) viginti septem tropos poeticos enumerat et pleonasmum locum decimum sextum attribuit verbis: Πλεονασμὸς ἐστὶν ὅταν πλεονάζῃ λέξις μηδὲν τι πλέον σημαίνουσα, εἰ μὴ τὸ αὐτὸ, ὡς ἔχει τὸ ἀντίος ἐναντίος καὶ ἐναντι κατέναντι.

Tryphon quoque pleonasmum tropis attribuit eumque definit l. l. pg. 744: Πλεονασμὸς ἐστὶ λέξις ἢ καθάρταξ ἢ μέρεσι τισὶ πλεονάζουσα· εἶδη δὲ εἰσι τοῦ πλεονασμοῦ τρία· παράγωγον, ἔκτασις, παραπλήρωμα.

Diomedes ἐπένθεσιν i. e. litteram medio in vocabulo adiectam pleonasmum vocat e. gr. Mavortis pro Martis. Etym. Magnum quoque eam ἐπένθεσιν nominat pleonasmum 633, 12 ἀπὸ τοῦ ὀράοιτε ὀρῶτε καὶ πλεονασμῷ ὀρόοιτε et 178, 33 ἀψύωντα πλεονασμὸς τοῦ ὀ.

Sequantur rhetores latini: Aquila Romanus (Halm rhetores latini minores pg. 36 sq.) pleonasmum elocutionis figuris ascribit eumque definit verbis: Πλεονασμὸς, plus necessarium. Eius figurae usus in eo est, ut verba quaedam adiciamus, non tam enuntiandae rei necessaria, quam ut ex his magnitudo vel dignitas vel moralis aliqua commentatio aut denique species motura iudicem circumponatur. Alioqui, si nihil eorum additio verbi efficit, vitiosa erit. Itaque si dicas *M. Cato ille*, quamvis sufficiat nomen tantummodo posuisse, videaris plus significasse addito ille. Item hoc: *Quae, malum, est ista voluntaria servitus?* cum possit satis significatum esse: *quaenam est ista voluntaria servitus?* plus quidem habuit ex eo quod malum positum est.

Simili modo Carmen de figuris (l. l. pg. 70) pleonasmum explicat eumque vertit latine *exsuperatio*:

Exsuperatio fit causa appono decoris,

Cum vacat, ut: 'Quarta vix demum exponimur hora', —

'Saucius ille leo' —, quia 'vix' pote tollere et 'ille'.

Ea quae Martianus Capella de rhetorica cap. 41 (l. l. pg. 483) de pleonasmo affert, congruunt cum Alexandri rhetoris sententia; verba eius sunt: *Πλεονασμός* est plus necessarium, cum verba quaedam adicimus non enuntiandae rei necessaria, sed magnitudinis cumulandae, ut si dicas Cato ille; cum suffecerit nomen dixisse, ad amplitudinem adicimus ille.

Omittere denique non debemus Quintilianum qui tribus locis Institutionis oratoriae de pleonasmo breviter disserit. Postquam I 5 § 34—39 soloecismi rationem attigit eamque quadripertitam esse voluit, § 40 vitium adiectionis (exemplum affert § 39 Veni de Susis in Alexandriam) a quibusdam pleonasmum nominari dicit. Altero loco VIII 3, 53—55 pleonasmum ut antea *κακέμρατον, ταπεινώσιν, μείωσιν, παντολογίαν, ὁμοιολογίαν, μακρολογίαν* sermonis vitii attribuit eumque definit verbis: 'Est et *πλεονασμός* vitium, cum supervacuis verbis oratio oneratur, Ego oculis meis vidi. Sat est enim vidi. Paulo post pergit: 'Nonnunquam tamen illud genus, cuius exemplum priore loco posui, affirmationis gratia adhibetur, Vocemque his auribus hausi.'

In fine huius loci leguntur verba: 'Atque, ut semel finiam, vel verbum omne, quod neque intellectum iuvat, neque ornatum, vitiosum dici potest.' Tertio loco IX 3 § 45—47 legimus haec: 'Congregantur quoque verba idem significantia: Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti: egredere aliquando ex urbe; patent portae: proficiscere. Et in eundem alio libro, Abiit, excessit, erupit, evasit. Hoc Caecilio *πλεονασμός* videtur, id est, abundans super necessitatem oratio: sicut illa, Vidi oculos ante ipse meos. In illo enim vidi inest ipse. Verum id, ut alio quoque loco dixi, cum supervacua oneratur adiectione, vitium est: cum auget manifestam sententiam, sicut hic, virtus. Vidi, ipse, ante oculos, totidem sunt affectus. Cur tamen haec proprie nomine tali notarit, non video. Nam et geminatio et repetitio et qualiscunque adiectio *πλεονασμός* videri potest. Nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes acervantur: Perturbatio istum mentis, et quaedam scelerum offusa caligo, et ardentes furiarum faces excitarunt.'

Videmus igitur grammaticos et rhetores veteres pleonasmo definiendo valde inter se differre; nam ut omittam pleonasmum ab

aliis velut ab Alexandro rhetore, Tiberio, Aquila Romano figuris elocutionis, a Phoebamnone rhetore et figuris elocutionis et sententiarum attribui, contra a Choerobosco et Tryphone in numero troporum duci, tria diversa pleonasmii genera ex definitionibus rhetorum veterum discernere possumus; unum videmus apud Diomedem et in Etym. Magno, ubi abundantia litterarum singularum medio in vocabulo pleonasmus vocatur; aliter explicatur pleonasmus ab Georgio Choerobosco et ab Alexandro rhetore, qui pleonasmum cernunt in abundantia singulorum verborum. Tertium pleonasmii genus invenitur apud Phoebammonem rhetorem, qui pleonasmii formae nonnullas attribuit figuras, velut epanaphoram, epanalepsim, epexegesim, alias, unde apparet etiam per sententias quae idem significant repetitas pleonasmum esse intellegendum. Notatu dignum videtur ab Aquila Romano rhetoricum quoque genus pleonasmii (quod certe grammatico opponi vult) nominari. Qua in re congruit Aquila Romanus cum Quintiliano, qui pleonasmum, cum supervacua oneratur adiectione oratio, vitium nominat: cum auget manifestam sententiam, virtutem.

Ut quid de definitionibus rhetorum veterum statuendum videatur, paucis verbis adumbrem, equidem ea quae Quintilianus l. l. attulit, ante omnia tenenda esse autumaverim: rhetor enim ille pleonasmii definitionem nobis tradidit (VIII 3, 53 Est et *πλεονασμὸς* vitium, cum supervacuis verbis oratio oneretur et IX 3, 47 Nam et geminatio et repetitio et qualiscunque adiectio *πλεονασμὸς* videri potest) quae prorsus probari potest nec tam angustis finibus ut alii volunt circumscripta est.¹⁾ Recte quoque Quintilianus pleonasmum et vitium designasse videtur, cum supervacuis verbis oratio oneretur, et virtutem, cum augeat manifestam sententiam. Scite denique exposuit pleonasmum saepe affectus exprimi, ratione psychologica igitur, ut ita dicam, abundantiam dicendi explicari vult, qua in re vestigia eius legit nostra aetate Ziemer.²⁾

Jam transeamus ad grammaticos recentiores, quorum de pleonasmum sententiae non minus diversae sunt quam veterum. G. Hermannus³⁾ pleonasmum tam artis circumscribit finibus ut multa,

¹⁾ Itaque iure IX 3, 45—47 sententiam Caecilii refellit, qui congregationem verborum idem significantium velut abiit, excessit, evasit, erupit' proprie pleonasmum notari vult.

²⁾ Junggrammatische Streifzüge p. 45 et 140 sqq.

³⁾ In commentatione de Ellipsi et Pleonasmum in lingua graeca, opusc. vol. I.

quae ab aliis pleonasmō attribuuntur, ab illo releguntur verbis: pleonasmus in adiectione vocabuli positum esse necesse est, quod tametsi ad grammaticam rationem nihil conferat, et usu sic addatur, ut prorsus abundet, id est, ut plane nihil significet.' Hac definitione astrictus Hermannus tantum locutiones velut *ἦῶθι πρό*, trita illa *πάλλιν αὐθις, ὅθ' οὐνεκα, κὲν ἄν'* pleonasmō ascribit, contra verborum, explicationem, circumscriptionem, confusionem duarum locutionum, vocabula (ut *ῥά, τί, γέ*, verbum *εἶναι* in formulis quales sunt *τὸ νῦν εἶναι, τὸ τήμερον εἶναι*) quorum cum vim non perspicere interpretes ad pleonasmum confugerunt, excludit.¹⁾ Hermannī sententiae opposita est Haasii,²⁾ qui loquentem nihil prorsus supervacuum dicere censet ob eamque rem pleonasmum non inveniri, quo aliquid plane abundans exprimitur. Ut haec sententia viri docti probanda est, ita eius definitio pleonasmī reicienda videtur. Dicit enim Pleonasmus ist nicht Wiederholung desselben, sondern Verbindung des Verwandten, um das Ganze nach mehreren Rücksichten zu bezeichnen.' Nec sentit non omnem coniunctionem rerum affinium pleonasmum vocari posse nec pleonasmos omnes idoneos esse, quibus totum varie respiciatur atque illustretur. Nec Kuehneri definitio quae in grammatica latina³⁾ et graeca⁴⁾ legitur, ea est, cui prorsus assentiamur; utroque enim loco (Pleonasmus ist die Setzung eines Wortes, welches, da sein Begriff schon im Vorhergehenden entweder durch dasselbe oder ein anderes Wort ausgedrückt ist, in grammatischer Hinsicht überflüssig ist' et brevius in grammatica graeca Pleonasmus wird die Setzung von Wörtern genannt, deren Begriff schon in einem andern Satztheile enthalten ist') pleonasmum tantum abundantiam singulorum verborum intellegi vult, cum in exemplis allatis tota enuntiata enumerentur velut ita locutus est, ut diceret vel II. IX 123 sq.

. δώδεκα δ' ἴππους
πηγῶν ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο.

Rectius pleonasmum definivisse mihi videntur Bernhardy,⁵⁾ Matthiae,⁶⁾ Ziemer⁷⁾, qui viri docti pleonasmō non solum abun-

¹⁾ cf. Herm. adn. ad. Vig. p. 884 sqq.

²⁾ Vorlesungen über lat. Sprachwissenschaft I p. 192.

³⁾ Ausführliche Grammatik der lat. Sprache II. p. 1049.

⁴⁾ Ausführliche Grammatik der griech. Sprache II p. 1086.

⁵⁾ Wissenschaftliche Syntax der griechischen Sprache S. 44 Anm. 69.

⁶⁾ Ausführliche Griechische Grammatik § 636.

⁷⁾ Junggrammatische Streifzüge S. 45.

dantiam singulorum verborum sed etiam sententiarum ascribunt. Definitionem eorum secutus equidem, id quod iam in priore commutatione de pleonasmō Herodoteo breviter exposui, duo genera pleonasmorum discreverim, unum abundantiam singulorum verborum, alterum sententiarum continens. Priori generi attribuendae mihi videntur nonnullae figurae abundantiam indicantes velut periphrasis, figura etymologica, litotes vel antiphrasis, deinde nominum, verborum, particularum pleonasmus, quibus de rebus l. l. disserui. Alterum quoque genus quod nunc tractaturi sumus amplectitur nonnullas figuras velut anaphoram et epanalepsim eo quidem sensu quem infra explicabimus, sed etiam huc rettulerim formulas illas sententiam copiosius expressam saepe breviter vel iisdem verbis iterantes et particulas in initio apodoseos obvias, quippe quibus ea quae protasi allata sunt plerumque una voce comprehendantur et maiore cum vi significantur. Haud ignoro me non omnia quibus alterum pleonasmorum genus continetur commemoravisse, spero tamen, si ea quae modo laudavi pertractavero nec solum Herodoti libros sed etiam Thucydideos respexero, me ad abundans Graeci sermonis genus designandum simulque ad rationem quae inter Herodoti et Thucydidis genus dicendi intercedit diiudicandam aliquid collaturum. Priusquam autem figuras illas abundantiam indicantes, epanaphoram et epanalepsim, formulas sententiam complectentes, particulas in initio apodoseos obvias pertractemus, de ratione, quae inter Herodoti et Thucydidis genus dicendi intercedit, pauca afferre liceat.

Cap. II.

De Herodoti et Thucydidis genere dicendi disputatio.

Quaenam ratio inter Herodoteum et Thucydideum genus dicendi intercedat, iam veteres viri critici examinaverunt; velut Dionysius Halic.¹⁾ postquam complures virtutes historicas Herodoti prae Thucydide collandavit, pergit his verbis: *καὶ κατὰ μὲν τὸν πραγματικὸν τύπον ἦρτων ἐστὶν Ἡροδότου διὰ ταῦτα Θουκυδίδης. κατὰ δὲ τὸν*

¹⁾ ep. ad Pompeium de praecip. historicis 8.

λεκτικὸν τὰ μὲν ἤτιον τὰ δὲ κρείττων, τὰ δ' ἴσος. ἐρῶ δὲ καὶ περὶ τούτων, ὡς ἐπέληφα. Πρώτη τῶν ἀρετῶν γένοιτ' ἂν, ἣς χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων τῶν περὶ τοὺς λόγους ὄφελος. τίς; ἢ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διάλεκτος. ταύτην ἀκριβοῦσιν ἀμφοτέροι. Ἡρόδοτός τε γὰρ τῆς Ἰάδος ἄριστος κανὼν. Θουκυδίδης τε τῆς Ἀτθίδος. τρίτην ἔχει χώραν ἢ καλουμένη συντομία. ἐν ταύτῃ δοκεῖ προέχειν Ἡρόδοτον Θουκυδίδης. Ab Herodoto et Thucydidē genus dicendi historicum mirum in modum excultum esse, cum Thrasymachus Calchedonius, Leontinus Gorgias, Theodorus Byzantius alii satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta et versicolorum similia quaedam nimiumque depicta tractassent, Cicero laudat¹⁾: Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles; quorum aetas cum in eorum tempora, quos nominaui, incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis afuerunt. Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitator fertur et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum; primisque ab his ut ait Theophrastus, historia commota est, ut auferet uberius quam superiores et ornatius dicere.'

Recentioribus temporibus multi viri docti accuratius quam veteres in Herodoti et Thucydidis genus dicendi inquisiverunt, ita quidem ut quae utriusque peculiaris, quae communia essent, examinerent. Quodsi mihi licet ea quae illi viri indagaverunt paucis praemonere, tenendum puto Herodotum magis poetice, Thucydidem magis rhetorice dicere. Itaque cum quaestiones selectas de Herodoti et Thucydidis genere dicendi instituere nobis proposuimus, haud abs re videtur esse pauca praefari de Homericō characterē Herodoti et de rhetorico characterē Thucydidis, quibus praemissis iam ad rem propositam ipsam accedemus.

§ 1. De Homericō characterē Herodoti.

Ut Herodotus in historia conscribenda logographos qui vocantur secutus est²⁾ et eorum instar quae in itineribus de gentibus, urbibus,

¹⁾ Orator 39.

²⁾ Jam veteres Herodoto opprobrio verterunt, quod multa ex Hecataei libris compilaverit velut Porphyrius in primo libro *Φιλολόγου ἀκροάσεως* et nostra aetate Diels in commentatione quae inscribitur *Herodot und Hekataios*. Hermes XXII p. 411—445 dilucide demonstravit Herodotum complures locos e. gr. II 77, ubi de pane et vino Aegyptiorum refert, mutatis verbis ex Hecataeo mutuatum

moribus alienis acceperat litteris mandavit, ita in materia disponenda indoli aequalium, qui Persis devictis summo gaudio affecti relaxationis animae cupidissimi erant, nimis inserviens digressionibus permultis operi insertis plane epicam rationem imitatus est, quippe qui quinto demum libro ad rem propositam magis magisque se accingat, cum narrationes prioribus libris allatae totum fere orbem terrarum complectantur, Graeciam autem, testem earum rerum, quas proprie descripturus est, vix attingant. Nec solum in materia disponenda sed etiam in genere dicendi Herodotus prorsus ex carminibus heroicis inprimis Homero pendet. Quod in oratione eius maxime eximium est, in eo potissimum cernitur, quod aequae atque Homerus et logographi λέξιν quam vocant εἰρομένην usurpavit, cum Thucydides ex ipsius natura atque indole propriam linguam sibi crearet et λέξει κατεστραμμένην usus multum in periodis formandis progrediretur. Discrimen autem, quod inter λέξιν εἰρομένην et κατεστραμμένην statuendum est, Aristoteles¹⁾ primus quod sciam bene demonstravit verbis: Τὴν δὲ λέξιν εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥστερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί, ἢ κατεστραμμένην καὶ ὁμοίαν ταῖς τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστροφῶσι. ἢ μὲν οὖν εἰρομένη λέξις ἢ ἀρχαία ἐστίν· Ἡροδότου θουρίου ἢ δ' ἱστορίας ἀπόδεξις. ταύτη γὰρ πρότερον μὲν ἅπαντες, νῦν δὲ οὐ πολλοὶ χρῶνται. λέγω δὲ εἰρομένην, ἢ οὐδὲν ἔχει τέλος καθ' αὐτήν, ἀν μὲ τὸ πρᾶγμα λεγόμενον τελειωθῆ. ἐστὶ δὲ ἀήδης διὰ τὸ ἄπειρον· τὸ γὰρ τέλος πάντες βούλονται καθορᾶν. διότερ ἐνὶ τοῖς καμπετήρσιν ἐκινέουσι καὶ ἐκλύονται προσορῶντες γὰρ τὸ πέρας οὐ κίμνουσι πρότερον. ἢ μὲν οὖν εἰρομένη τῆς λέξεώς ἐστίν ἦδε, κατεστραμμένη δὲ ἢ ἐν περιόδῳ· λέγω δὲ περίοδον λέξιν ἔχουσαν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν αὐτὴν καθ' αὐτὴν καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον. ἡδεῖα δὲ ἢ τοιαύτη καὶ εὐμαθής.

Nostra quoque aetate viri docti illud discrimen, quod Aristoteles notavit, observaverunt et scite Zimmermann²⁾ solis primis verbis Herodotei et Thucydidei operis collatis aliquam proprietatem sermonis utriusque cognosci posse exposuisse mihi videtur; prima enim Thucydidis verba arte inter se conexas esse, aliud enuntiatum ab alio quatuor participiis positum dependere et rationem singularum partium hoc schemate effingi posse:

esse. cf. verba Hermogenis de ideis II 423 Sp. Ἐκαταῖος παρ' οὗ δὴ μάλιστα ἀφέληται ὁ Ἡρόδοτος.

¹⁾ Rhet. III 9.

²⁾ Bemerkungen über den Stil des Herodot, Clausthal 1850. pg: 5 sq.

Θουκυδίδης Ἀ. Ξυλόγραφον

ἀρξάμενος ----- καὶ ἑλπίσας

τεκμαιρόμενος

ὅτι ἀκμάζοντες τε ἴσ.κ.τ.λ. ----- καὶ ὄρων,

at Herodoti verba prima ab his Thucydideis distare, cum neque periodum complectantur et vinculo quo singularum partium ratio dilucide significetur careant.

Post Zimmermannum recentioribus temporibus alii viri docti quaestione in omnes libros Herodoti instituta, quae proprietates generis dicendi Herodotei λέξει εἰρομένην debeantur, ostendere studuerunt, velut Pichler¹⁾, qui propter λέξιν εἰρομένην Herodotum iure a Longino²⁾ ὁμηρικώτατον appellari (pg. 4) dicit et in sequentibus, quanta similitudo inter Homerum et Herodotum intercedat multis exemplis allatis demonstrat: pro particula δέ (οὐδέ) vi paratactica ab Homero tam saepe usurpata ab Herodoto non minus raro particulas καί, τε-καί, ἅμα τε-καί poni, ut ratio consecutiva, relativa, concessiva, causalis exprimatur (pg. 4—6). Ex particulis saepissime in initio apodosi apud Herodotum obviis Pichler dicit intellegi eum illis copulis aequae atque Homerum carere non posse (pg. 8—11) et in fine commentationis (pg. 11—12) Herodotum docet saepe enuntiatum causale praemittere enuntiato ad quod pertineat atque hac quoque in re cum Homero congruere.

Cum Pichler l. l. syntaxin Herodoteam, quatenus cum Homericis congruit, respiciat, Hofer³⁾ ampliore disputatione de propinquitate Herodotei et Homericis generis dicendi quinque capitibus instituta ostendit plurimis in rebus maximam similitudinem inter Homeri et Herodoti orationem intercedere: primum apud hunc multa substantiva, epitheta, verba, adverbia inveniri, quae Homero debeantur, deinde pluribus in locis Herodoteis verba legi, quae scriptor Homero sibi proposito exemplo in textum receperit, velut ex verbis I 5 ὁμοίως

¹⁾ Ueber syntaktische Beziehungen Herodots zu Homer. Bielitz 1882.

²⁾ περὶ ὕψους XIII 3.

³⁾ Ueber die Verwandtschaft des Herodotischen Stiles mit dem Homerischen. Meian 1878.

σμικρὰ καὶ μεγάλα ἄστυα ἀνθρώπων ἐπεξίων collatis Hom. Od. I 3 πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστυα καὶ νόον ἔγνω cognosci posse Herodotum in opere componendo ratione Homericā se duci velle; tum eandem vim omnia quam maxime explicandi apud Herodotum non minus quam apud Homerum inveniri et inter utrumque magnam similitudinem in enuntiatis conformandis intercedere, denique orationis ornatum, qui nitatur rebus maioris momenti cum vi efferendis, similitudinibus comparandis, sentiētiis forma promythii, enthymematis, epiphonematis locis idoneis operi inserendis, locutionibus metaphoricis adhibendis, prorsus Homericum esse.

Walther¹⁾ quoque, quantopere Herodotus λέξιν εἰρομένην adamaverit, exponit et eius rei testimonium affert particulam καὶ in libro primo ab Herodoto octogies quinques poni, ut ea quae tempore succedant significantur, particulas καὶ et τέ-καὶ septuagies novies in libro octavo vim explicativam habere, easdem in libro nono vicies septies adhiberi, ut ea, quae uno eodemque tempore, quae prius, quae continuo facta sint, annectantur.

Propinquitas Herodoti cum Homero inde quoque elucet, quod ille quamquam Halicarnassi, Dorica in urbe, natus erat ibique longum aetatis tempus degerat, tamen dialecto Jonica in opere suo usus est. Quam ut eligeret, adductus est exemplo logographorum, qui opera sua dialecto Jonica confecerant. Cum autem logographi vetere sive media sive mixta dialecto Jonica uterentur, Herodotus Ἰάδα quam vocant ποικίλην ita excoluit, ut ab Dionysio eius dialectus Ἰάδος ἀριστος κανὼν appellatus sit. Ex dialecto, quam Herodotus usurpavit, facile percipitur magnam similitudinem inter eum, patrem historiae, et Homerum, patrem carminis heroici, genere dicendi intercedere. Nec solum, quamquam Herodotus ut ipse dicit²⁾ quadringentis annis post Homerum vixit, ratione periodos formandi et enuntiata annectendi, id quod supra iam attigimus, sed etiam collocatione verborum, articuli, coniunctionum, attributorum ad substantiva accedentium, usu metaphoraе ac metonymiaе, formis epanalepseos maxime variis³⁾ Homero tam similis est, ut Homerum

¹⁾ Ueber *ὄς* bei Herodot. Hameln 1887.

²⁾ II 13 Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὀμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μὲν πρῶτον γενέσθαι, καὶ οὐ πλέον.

³⁾ cf. ea quae ad hanc rem illustrandam accuratius exposuit Kleber, Die Rhetorik bei Herodot part. I, Löwenberg 1889 et eiusdem De genere dicendi Herodoteo quaestiones selectae, Löwenberg 1890.

et Herodotum aequales fuisse et sermonem Graecum longo inter utrumque spatio temporis interiecto non amplius excultum fuisse autumaveris.

Itaque consentaneum est iam a veteribus dialecto Herodoti easdem fere virtutes attributas esse atque Homeri: a Dionysio in genere dicendi Herodoteo invenitur ἡδονὴ καὶ χάρις ἀντοφνῆς καὶ ἀβασάνιστος, Longinus Xenophonti τὸ ἡδύ, Thucydidi τὸ καλόν, Herodoto utrumque attribuit. Athenaeus eum ex dulcedine mellis appellat μελιγῆρον, Quintilianus dulcem et candidum. Quam mollis et suavis dialectus Herodoti sit, Quintilianus¹⁾ praedicat his verbis: ‚In Herodoto vero cum omnia ut ego quidem sentio leniter fluunt tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.’

Cum veterum sententiis congruunt ea quae viri docti aetatis nostrae iudicaverunt. Ex multis iudicium Muelleri²⁾ hic afferre libet: ‚Man darf Herodots Stil als die Vollendung der bloss anknüpfenden Redeweise (λέξις εἰρομένη) ansehen. Zu allem endlich kommt der Ton der jonischen Mundart, welche Herodot, obgleich ein Dorier von Geburt, doch von seinen Vorgängern in der Geschichtschreibung annahm, mit ihren gedehnten Endungen, gehäuften Vocalen, weichen Formen, um das Werk des Herodot zu einem in sich so harmonischen und in seiner Art so vollkommenen Producte zu machen, als es ein Menschenwerk nur sein kann.’

Notatu autem dignum est Herodotum, quamquam character eius, id quod supra commemoravimus, plane Homericus est, tamen hic illic sophistarum artem dicendi habere. Quenam ratio inter Herodotum et sophistas intercedere videatur, primus Zeller³⁾ observavit, qui colloquium trium principum Persarum ab Herodoto III 80—82 historiae insertum opinatur idem fere esse atque commentationem in se positam de optima dominationis forma, quales sophistae adamaverint, et illum locum ex uno alterove sophistarum libello facile depromptum esse indicat. Accuratius hac de re disseruit Diels⁴⁾, qui ποικιλότηρα Herodoti iam a veteribus notatam demonstrat cerni posse cum aliis ex rebus tum ex forma antitheseos nonnumquam excultae et ex periodis more sophistarum qui tum vigerint

¹⁾ Inst. or. IX 4, 18.

²⁾ Geschichte der griechischen Litteratur I S. 494.

³⁾ Geschichte der griechischen Philosophie I⁴ S. 1000.

⁴⁾ Herodot und Hekataios, Hermes XXII p. 424.

satis artificiose saepius conformatis. Quonam ex fonte Herodotus illud colloquium hausisse videatur, ingeniose aperuit Maass.¹⁾ Comparat enim cum Herodoti colloquio locum tertiae orationis Isocratis, ubi orator de eadem re atque principes Persarum apud Herodotum l. l. agunt. Materia apud utrumque non solum argumento sed etiam orationis ornatu (uterque plebem confert cum fluvio praecipiti qui omnia obstantia removet) simillima est, apud Isocratem autem, qui regnum quoque deorum ab Herodoto non commemoratum attingit, paulo amplior. Ex tanta inter Herodoti et Isocratis locum similitudine Maass suo iure collegisse mihi videtur illam argumentationem de dominationis optima forma ex uno eodemque fonte haustum esse, ex Protagora, quem Diogene Laertio IX teste librum *περὶ πολιτείας* continentem *τόπους κοινούς* et *λόγους*, quibus, cum certa in sententia non consisterent, ut colloquium supra laudatum, nomen esset *καταβάλλοντες*, composuisse constaret. Hanc ratiocinationem Maass corroborat nos admonens Herodotum iam Athenis versantem legumlatorem Thuriarum cognovisse²⁾ et Isocratem gloriari se libros Protagorae et sophistarum eius aetatis cognitos habere.³⁾ Simili modo ex Maassii sententia explicandus est locus Her. IV 26 sqq., quam *Πανηγυρικὸν Ἀθηνῶν* modo sophistarum conformatum significari posse opinatur.

Nec solum singuli loci Herodotei sophistis debentur, sed vestigia eorum passim in libris Herodoti inveniuntur. Hoc tenendum esse puto Kleberum secutus⁴⁾ qui ex Herodoti libris multa exempla antitheticae dictionis, parisi, homoeoteleusis, parecheseos, paronomasiae, anaphorae (antistrophes), anadiplosis, asyndeti, polysyndeti, climacis, erotematis, hypophorae enumerat, quamquam Cicero hac de re prorsus aliter iudicat, qui Orator § 39 Herodotum et Thucydidem longissime a talibus deliciis vel potius ineptiis afuisse dicit, cum Thucydidi Dionysius Halicarnassensis, gravissimus ille auctor, puerilium figurarum exprobret multitudinem.⁵⁾ Illud denique, ut huius

¹⁾ Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Prosa, Hermes XII pg. 581 ff.

²⁾ Uterque congruit in admiratione Periclis Her. VI 131 et Protagoras apud Plutarchum Consol. ad Apollonium c. 33 p. 271.

³⁾ Helena § 2 *νῦν δὲ τίς ἐστίν οὗτος ὀψιμαθής, ὅστις οἶκ' οἶδε Προταγόραν καὶ τοῖς κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον σοφιστὰς, ὅτι καὶ τοιαῦτα καὶ πολλὰ τούτων πραγματωδέστερα συγγράμματα κατέλιπον ἡμῶν;*

⁴⁾ de genere dicendi Herodoteo pg. 19 sqq.

⁵⁾ Figuras apud Herodotum aliter quoque explicari non ignoro; velut Nieschke

partis finem faciamus, cum Maassio l. l. notandum videtur Herodotum, quippe qui genus novum dicendi a sophistis inventum atque excultum iam noverit saepiusque etsi operose tentet, locum medium habere inter Gorgiam et incertum auctorem libri de re publica Atheniensium prorsus pure atque sincere scribentem. Quanam ratione elocutio Thucydidis iudicanda videatur, iam examinemus.

§ 2. De Thucydidis caractere rhetorico.

A sermone Herodoti Thucydidem valde recedere, iam inde apparet, quod Atticam dialectum et veterem quidem eum ad finem operi suo adhibuisse videtur, ut legentibus et audientibus novi aliquid et abhorrens ab iis quae prius acceperant afferri ipso sermone significaretur. Cum dialectus Jonica abundantia vocalium syllabisque non contractis per se ut lingua eorum qui hodie Italiam incolunt, suavis et mollis, extensa et patens sit ideoque teneritati atque hilaritati, qualis in Herodoti libris nobis obviam fit, maxime conveniat, dialectus Attica syllabis contractis et vocalibus minutis consonantibus corroboratis (apud Thucydidem legitur *ξέν* pro *σύν*, *ἐξελίσσειν*, *πράσσειν*, *κρείσσειν*) asperitatem quandam exhibet et apud Thucydidem compressi sermonis formam refert.

Ii qui dialecto Jonica libros confecerunt exceptis philosophis magis ut Thucydides ipse iudicat¹⁾ ad delectandum vel in publicis ludis recitandum congesserunt ea quae illorum aetate vel prius acta erant et ob eam rem eis, qui vel audiebant vel legebant libros eorum, vel maxime comprobati sunt, at Thucydides propter argutam breviter, qua interdum subobscurior, et sublimitatem ac granditatem, qua interdum asperior fit, iam inde a veteribus temporibus castigatus est, velut a Didymo,²⁾ grammatico illo Graecorum nobilissimo, a Dionysio Halicarnassense,³⁾ cui Thucydidis sermo saepe videtur

commentatione quae inscribitur de figurarum quae vocantur *σχήματα Γοργίεια* apud Herodotum usu, Münden 1891 multis exemplis allatis illa orationis lumina, quae in Herodoti libris passim leguntur, neque ex rhetorum praeceptis orta neque ex libris prosa artificiosa scriptis hausta esse dicit, sed Herodotum auctoritatem poetarum, qui omnes fere illis ornamentis saepe et libenter uterentur, secutum esse maximeque Homeri genus dicendi ad imitandum sibi proposuisse. Quamquam ille vir doctus multa probabilia protulit, nimium tamen contendisse mihi videtur.

¹⁾ I 21 *Λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῆ ἀκροῖσει ἢ ἀληθέστερον.*

²⁾ Fabr. Bibl. Graec. II 827.

³⁾ in libris *περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ συγγραφέως ἰδιωμάτων* et *περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων.*

ἄγληρός, περιεργός, πικρός, μειρακιώδης, ψυχρός. Recentioribus quoque temporibus non defuerunt, qui locutionem Thucydidis reprehenderent, velut superiore saeculo Abreschius¹⁾, post eum Heilmannus²⁾ et Bauerus³⁾ in multis locis Thucydeis offenderunt. Nostro demum saeculo dialectus Thucydeia sine ira et studio iudicari coepta est. Praecipue Poppo de proprietate Thucydeiae elocutionis investiganda atque recte diiudicanda optime meritus est et maximae laudi ei dare debemus, quod docuit⁴⁾ omnia quae Dionysius Thucydidis imposuit, velut usum vocabulorum inverti, verba pro nominibus et vicissim nomina pro verbis, activa pro passivis poni, ellipsin, pleonasmum nimis saepe inveniri, multa alia esse futilia. Popponis iudicio alii viri docti accesserunt velut Classen et Boehme, quorum ille, quam politissima arte usus Thucydidis Atticam dialectum sibi conformaverit, praedicat his verbis⁵⁾: 'Um die Eigenthümlichkeit desselben richtig zu beurtheilen, ist vor allem zu erwägen, dass Thucydidis die attische Sprache zu historischer Darstellung zuerst verwandt hat, ja dass überhaupt die attische Prosa, als er von ihr in seinem grossen Werke eine so bewundernswürdige Anwendung machte, als Schriftsprache in ihrer ersten Entwicklung begriffen war.'

Hoc loco autem praetermittendum non est multa in Thucydidis libris inveniri, quae primo obtutu lectoris animum offendere videantur: non pauca verba, quae Thucydidis in suum convertit sermonem, inusitata atque obsoleta sunt, nonnulli loci, inprimis ii, quibus scriptor sublimitatem quandam (in oratione Periclis funebri) et asperitatem (in descriptione tumultus Corcyraeorum) exhibet, obscuriores sunt, oratio saepe variata et inaequalis est, cum structura incepta crebro non continetur sed transitus ad aliam fiat,⁶⁾ substantiva syllabis *σις* et *της* determinata ponit, ubi verbum desideratur; sed haec omnia, si totum consideramus opus, tenuia atque inde explicanda sunt, quod vetus Attica dialectus, quae Thucydidis usus est, nondum excolta et perpolita erat et scriptor indoli suae atque naturae in dictione nimis inservivit et id maxime

1) In Dilucidationibus Thucydeis.

2) de ingenio et sermone Thucydidis, Opusc. vol. II p. 156 sqq.

3) In libello de lectione Thucydidis optime interpretandi disciplina' et in philologia Thucydeia-Paulina'.

4) In praefatione editioni praemissa pg. 91—203.

5) Praef. pag. LXXX.

6) Hanc ob rem a Plutarcho in Nicia *ποικιλώτατος* appellatur.

egit, ut sermonem suum rei, quam quovis loco tractabat, accommodaret; quare Cicero iure dicit¹⁾ Thucydidem incitatiorem ferri et de bellicis rebus canere quodammodo bellicum, contra raro suavis et dulcis est, ut in narratione Cylonis proditiois²⁾.

Ut etiam planius diiudicare possimus, quid Thucydidis orationi peculiare sit, quid ab aliis acceperit, iam accedamus ad quaestionem illam inde a veterrimis temporibus usque ad aetatem nostram disceptatam, quatenus Thucydides indole sua atque natura ipse orationem suam formaverit, quatenus ex scriptoribus illius aetatis pendeat.

Ex multis, quae Thucydideae elocutionis propria et modo obiter commemorata sunt, pauca accuratius afferre mihi liceat. Studio brevitate adductus Thucydides saepissime omnium verborum genera articulo apposito vi substantivorum induit. Maxime autem participiis vim substantivorum attribuit, ut totam sententiam uno exprimere posset verbo. Quantopere participia adamaverit, inde quoque elucet quod multo saepius quam alii scriptores masculino genere participiorum usus est; legimus apud eum *οἱ λέγοντες* pro *οἱ ῥήτορες*, *οἱ ἐν τέλει ὄντες* pro *οἱ βουλευταί*, *οἱ δεδεμένοι* pro *οἱ δεσμιῶται*, *οἱ στρατευόμενοι* pro *οἱ στρατιῶται*. Nec minor est numerus adiectivorum, quae a Thucydide substantivorum in modum usurpantur. Inprimis autem notatu dignum est eum saepissime pro substantivis quae vocantur abstracta participia sive adiectiva adhibuisse, e. gr. *τὸ δεδιός*, *τὸ φοβερόν*, *τὸ περιδεές* pro *φόβος* vel *δέος*, *τὸ θαρσαῦν* pro *θάρασος*, *τὸ ἐπιφθονον* pro *φθόνος*³⁾.

Multas elocutionis figuras apud Thucydidem inprimis in orationibus inveniri neminem qui libros eius perlegerit effugiet. Constat inter omnes Thucydidem antithetorum amantissimum fuisse adeo ut saepius opposita membra usurpaverit, etiam tum cum antithetis positis sermoni offunderetur obscuritas vel anacoluthon admitteretur. Solet autem Thucydides eum ad finem antitheta deligere, ut non

¹⁾ Orator 39.

²⁾ Schol. ad I 126, ubi Cylonis proditio narratur, adnotat: *Τοῦ διηγήματος τοῦ κατὰ τὸν Κύλωνα τὴν σαφήνειάν τινες θαυμάσαντες εἶπον, ὅτι λέων ἐγέλασεν ἐνταῦθα, λεγοντες περὶ Θουκυδίδου.*

³⁾ cf. quae hac de proprietate accuratissime exposuit Nietzsche, de Thucydideae elocutionis proprietate quadam, diss. Regim. 1881.

solum verba verbis, sed etiam sententiae sententiis opponantur¹⁾. Praeterea aliae quoque figurae elocutionis velut *παρίστωσις* et *παρομοίωσις* apud Thucydidem leguntur. Huc referenda quoque est *παρὰνομασία*, quam variis formis persaepe legimus. Stein²⁾ haec sex genera paranomasiae congessit:

- a) idem nomen primum affirmative deinde negative positum est I 74, 3 *ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης — ὑπὲρ τῆς . . οὔσης*.
- b) adiectivi diversi gradus inter se respondent III 14 *κοινήν — κοινοτέραν*.
- c) eiusdem verbi genera inter se opponuntur I 50, 2 *ὅποιοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο*.
- d) eadem verba cum diversis praepositionibus composita vel simplex et compositum inter se opponuntur I 10, 2 *ξυνοικισθείσης πόλεως — κατὰ κόμας οἰκισθείσης*.
- e) contrariorum membrorum verbis idem adverbium additum est aut eadem praepositio I 39, 2 *οὐ ξυμμάχεϊν, ἀλλὰ ξυναδικεῖν*.
- f) praeterea haud pauca sunt, quae huc referri possunt: II 40, 1 *φιλοκαλοῦμεν — φιλοσοφοῦμεν*, III 82, 8 *εὐσεβεία — εὐπρεπεία*.

Contra sententiarum figuras velut ironiam, interrogationem, oxymoron apud Thucydidem perraro inveniri mirum non est, cum magna gravitas atque tranquillitas, qua scriptores antiquioris generis dicendi opera sua conficiebant, vix illas figuras admiserit³⁾. Si praeterea observaverimus in orationibus, quarum Thucydides quadraginta unam operi suo inseruit, ex quibus maxima pars generi deliberativo ascribenda est, lumina illa orationis plurimis locis magna cum arte usurpata et orationes ipsas saepius artificiose dispositas esse (Dionys. de Thuc. c. 34 *τῶν δημιουργιῶν ἐν αἷς οἶονταί τινες τὴν ἄκραν τοῦ συγγραφέως εἶναι δύναμιν*), apparebit Thucydidis elocutionem re vera rhetoricam nominari posse⁴⁾, praesertim cum

¹⁾ cf. Becker, de sophistarum artium vestigiis apud Thucydidem diss., Berol. 1864.

²⁾ de figurarum apud Thucydidem usu, Coloniae Agr. 1881.

³⁾ cf. Both, de Antiphontis et Thucydidis genere dicendi diss., Marburgi Cattorum 1875.

⁴⁾ cf. quae Blass, die Attische Beredsamkeit I² pg. 231—244 de orationibus Thucydidis disseruit.

inter Antiphontem oratorem et scriptorem, id quod infra explicabimus, magna similitudo intercedere videatur.

Ommitto accuratius exponere nonnulla verba a Thucydide primo vel formata vel nova atque insolita notione induta, locutiones antiquioris aetatis exspectatione saepius restitutas esse¹⁾, Thucydidem praeceptis grammaticis liberius uti et linguam plerumque iis locis, ubi non narrata sed cogitata mentis patefacit, tamquam imperiose magna cum severitate, quae non modo ex sententiis cognosci, sed etiam ex genere dicendi auribus percipi potest, tractare. Facile igitur est ea, quae Thucydidiae elocutionis propria sunt, aliis exemplis amplificare, difficillimum autem est diiudicatu, utrum illa omnia quae supra attulimus re vera Thucydidis propria sint an plus minusve aliis scriptoribus debeantur.

Auctoritatem aliorum scriptorum illius aetatis apud Thucydidem aliquid valuisse iam veteres pro explorato habuerunt. Tryphon grammaticus et Dionysius Halic. nomina Antiphontis et Thucydidis consociant, cum uterque vetustiore sermone Attico illoque genere dicendi usus sit, quod a rhetoribus *αὐστηρόν* vocatur. Tryphonis²⁾ verba haec sunt: *χαρακτῆρες ῥητορικοὶ τρεῖς, τουτέστιν εἶδη φράσεων, αὐστηρόν, μέσον, ἰσχνόν. καὶ τὸν μὲν αὐστηρόν ἐπετέθεισε χαρακτῆρα Θουκυδίδης καὶ Ἀντιφῶν.* Dion. Halic.³⁾ haec dicit: *ταύτης δὲ τῆς ἀρμονίας (sc. τῆς αὐστηρᾶς) πολλοὶ μὲν ἐγένοντο ζήλωται κατὰ τε ποιήσιν καὶ ἱστορίαν καὶ λόγους πολιτικούς, διαφέροντες δὲ τῶν ἄλλων — ἐν δ' ἱστορίᾳ Θουκυδίδης, ἐν δὲ πολιτικοῖς λόγοις Ἀντιφῶν, et pg. 52 ibidem ἢ δὲ τοι Θουκυδίδου λέξεις, καὶ ἢ Ἀντιφῶντος — καλῶς μὲν σύγκριται.* Thucydidem imitatum esse Gorgiam et Prodicum legimus in vita Thucydidis quae sub nomine Marcellini fertur § 56 *ἐξήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον, ὡς φησὶν Ἀντιλλος, καὶ τὰς Γοργίου παρισώσεις καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων εὐδοκίμουσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἑλλήσι καὶ μέντοι καὶ Προδικῶν τοῦ Κεῖου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν.* Non solum Antiphontem et sophistas, sed etiam poetas velut Pindarum et Aeschylum ad imitandum sibi proposuisse Thucydidem, copiosius adnotavit Schol. ad Thucydidis libri quarti finem. Gravissima quaestio mihi videtur, ut paulisper Prodicum, Pindarum, poetas tragicos omittamus, quatenam ratio inter Thucydidem et

¹⁾ numerum earum iam a Dionysio congestum Both l. l. pg. 19—23 amplificavit.

²⁾ Walz Rhet. graec. VIII p. 750.

³⁾ de compositione verborum p. 150.

Antiphontem et Gorgiam intercedat. Cum veteres Thucydideam elocutionem cum Antiphontis et Gorgiae cohaerere tradant, viri docti aetatis nostrae hac de re valde inter se dissentiunt. Odofr. Mueller¹⁾ coniecit Thucydidem Antiphontis disciplina usum esse, alii viri docti ut Blass²⁾, Classen³⁾, Lehmann⁴⁾ apud Thucydidem Antiphontis auctoritatem multum valuisse. Contra alii velut Nietzki⁵⁾ Thucydidem praeterea Gorgiam, sophisten clarissimum illius aetatis, maxime in ponendis participiis et adiectivis vi substantivorum, id quod ex fragmento quinto philosophi a Dion. Halic. exhibito appareat, imitatum esse dicunt. Ab hac sententia recedunt Susemihl⁶⁾ et de Wilamowitz-Moellendorf⁷⁾, qui ea, quae sermoni Thucydidis et Antiphontis communia inveniuntur, ita explicanda esse dicunt, ut et Antiphontem et Thucydidem, quorum inter linguam nullum sit commercium, a Gorgia conditore artificiosi generis dicendi instructos esse statuatur; ex tali enim communi disciplina explicari posse similitudinem figurarum, quae in Thucydidis libris et in Antiphontis orationibus ad Gorgiam nos releget. Quae hi viri docti coniecerunt et alii ut Maass⁸⁾ et Hiller⁹⁾ comprobaverunt, etsi primo obtutu vel maxime probabilia videntur, tamen reiicienda esse autumaverim. Nam ut omittam in dubium vocari, num Gorgias illas figuras, quae nomine Gorgicae feruntur et passim apud Antiphontem et Thucydidem leguntur, re vera ipse invenerit¹⁰⁾, et si illae figurae ei abrogantur minime verisimile esse illum magnam vim ad genus dicendi Graecorum scriptorum habuisse, similitudo inter Antiphontis et Thucydidis elocutionem tanta mihi videtur esse, ut paene temerarium sit affinitatem inter utrumque negare. Satis habeo monuisse Bothium l. l. comparatione sermonis utriusque

¹⁾ Geschichte der griech. Litteratur II p. 305.

²⁾ l. l. pg. 97.

³⁾ Praef. ed. pg. LXXVIII.

⁴⁾ Thucydidem in orationibus suis vere habitas minus respicere demonstratur et genus dicendi, quo historicus in illis usus est, cum Antiphontis elocutione comparatur, Progr. Putbus 1876.

⁵⁾ l. l. pg. 47.

⁶⁾ quaest. epicrit. de vitis Tisiae. . . Gorgiae, Gryphiswald. 1884 p. XIX sqq. et Ann. philol. 1877 pg. 797 sqq.

⁷⁾ Verh. der 32. Vers. deutscher Philologen, Wiesbaden 1877, p. 39 sqq.

⁸⁾ Deutsche Litteraturzeitung 1884 p. 1335.

⁹⁾ in Bursiani rell. ann. 1879 p. 144.

¹⁰⁾ Blass Diodorum verbis οὗτος (Γοργίας) καὶ τέχνας ἠγορικὰς πρῶτος ἐξέθεν falsa tradidisse monuit.

instituta magnam similitudinem inter Antiphontem et Thucydidem probare. Nec pauca, ut Nieschke¹⁾ vult, Thucydides ex Antiphontis consuetudine accepisse mihi videtur, et cum Bothio putaverim Thucydidem primordia elocutionis suae iam apud Antiphontem invenisse quidem, sed ita transformasse, ut plurimis in rebus liberius illo linguam tractaret ob eamque rem facile Gorgiae praeceptis supersedere posset.

Quid Thucydides Prodicæe arti debere videatur, inter recentiores primus observavit Spengelius²⁾. Neglegentiam huius ætatis perstringens ille vir doctissimus laudat diligentiam veterum³⁾, qua Prodicti proprietatem notiones definiendi tam saepe apud Thucydidem obviam indagaverint, et satis magnum numerum exemplorum, quae Thucydidi cum Prodicto communia esse autumat, affert. Sed ut Gorgiæ auctoritatem atque vim non tantum pertinere puto ad orationem pedestrem Graecorum antiquioris quidem temporis quantum plerumque conicitur, ita Prodictum apud Thucydidem non id valuisse existimaverim quod Spengelius ei attribuit⁴⁾. Nam accurata distinctio notionum similia significantium⁵⁾ apud Antiphontem quoque legitur⁶⁾, itaque verisimile est Thucydidem illum morem notiones definiendi et synonyma distinguendi (*ἀκριβολογίαν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν*) magnam in partem non Prodicæe arti debere, sed ex orationibus Antiphontis, quocum scriptori magna fuit necessitudo, mutuatum esse, ita quidem ut certe plurima suo formaret ingenio.

Ut denique de ratione quae intercedit inter Thucydidem et poetas qui ei antecesserunt quam brevissime disputemus, notandum videtur Homeri auctoritatem apud eum multum valuisse; quamquam

¹⁾ de Thucydide Antiphontis discipulo et Homeri imitatore pg. 73.

²⁾ *συναγωγή τεχνῶν* p. 53.

³⁾ Huc pertinent duo veterum testimonia, alterum est veteris scholiastæ ad Thucydidem a Dukero in annot. pg. 648^b prolatum: *Θουκυδίδης . . . ἐμιμήσατο . . . εἰς τὴν λέξιν Προδίκου, ὅθεν καὶ Προδίκου λέξιν ἐν τῷ κειμένῳ σημειούμεθα*, alterum Marcellini in vita Thuc. § 56 *ἐζήλωσε δὲ (Θουκυδίδης) ἐπ' ὀλίγον, ὡς φησὶν Ἀντιλλος . . . καὶ Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν*.

⁴⁾ Both quoque l. l. pg. 63 Spengelium hic illic nimium contendisse existimat et Beckero l. l. p. 51 Spengelius cum dicat omnium maxime Thucydidem illas distinctiones adamasse, ut ipsum Platonis Prodictum interdum facientem verba audire censeas, supra veritatem rem exaggerasse videtur.

⁵⁾ Huc referendæ quoque sunt sententiæ communes, quarum Poppo in praef. pg. 343 sqq. centum viginti politicas et morales collegit.

⁶⁾ V 47 *τῶν μὲν λόγων κριταὶ — τῶν δὲ ἔργων δικασταὶ*. cf. Thuc. III 38 *θεαταὶ μὲν τῶν λόγων, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων*.

putaverim Homero non tantum attribuendum esse quantum Nieschke vult, qui l. l. omnes fere Thucydidis figuras ex Homeri carminibus depromptas esse dicit. Tragicorum quoque poetarum in studio Thucydidem versatum esse demonstravit Cyranka¹⁾, qui ex fabulis eorum non pauca adiectiva et participia vi substantivorum usurpata, qualia apud Thucydidem audacia maiore formata saepissime leguntur, protulit. Ex Pindari autem carminibus Thucydidis nihil fere accepisse videtur, quod quidem ad adiectiva et participia substantivorum in modum usurpata attinet, cum apud eum articuli usus non tam variatus sit quam apud posteriores²⁾.

Variâ igitur sunt discrimina inter Herodoti et Thucydidis sermonem et magnam in partem inde explicanda, quod ille dialecto Jonica eademque epica, hic Attica dialecto usus est. Tamen multis in locis inter utrumque intercedit mira quaedam similitudo, quae nos relegat ad communem fontem, Homeri carmina. Quanta haec similitudo sit, Diener³⁾ multis exemplis, quae tantum apud Homerum inveniuntur et ex carminibus eius in libros Herodoti et Thucydidis transierunt, allatis accuratissime ostendit quinque capitibus de verborum formis, delectu verborum, usu nonnullorum verborum, constructione nonnullorum enuntiatorum, verborum collocatione, quatenus Herodoti et Thucydidis peculiaris sint, disserens simulque docuit Thucydidem saepius Herodoti vestigia legere et cum eo in loquendi consuetudine magis congruere quam cum ceteris scriptoribus Atticis Demosthene, Isaeo, Dinarcho. In usu quoque infinitivi Herodotum et Thucydidem congruere demonstravit Michaelis⁴⁾, qui Heilmannum⁵⁾ secutus quaestione de infinitivi usu Thucydeico instituta in universum magnam similitudinem inter Herodoti et Thucydidis syntaxin infinitivi intercedere docet: utrumque, ut singula afferam, saepius uti infinitivo pro imperativo maxime in enuntiatis hypotheticis; formulam *ὄς ἐλκεῖν* apud Herodotum semel VIII 115 obviam Thucydidem saepius ponere; utrumque *πρίν* particulam enuntiatione primaria affirmativa apposita omnibus fere locis cum infinitivo coniungere certam regulam secutum. Hic illic autem

1) de orationum Thucydidis elocutione cum tragicorum comparata, diss. in. Vratisl. 1875 p. 41 sqq.

2) Stein, de articuli apud Pindarum usu diss., Vratisl. 1868.

3) De sermone Thucydidis quatenus cum Herodoto congruens differat a scriptoribus Atticis diss., Lipsiae 1889.

4) de infinitivi usu Thucydeico diss., Halis 1886.

5) de infinitivi syntaxi Herodotea diss., Gissae 1879.

apud Thucydidem infinitivos legi, qualia apud Herodotum non inveniuntur, mirum non est, cum Thucydides, id quod supra attigimus, linguae praeceptis liberius utatur¹⁾.

Quae similitudo num etiam in abundanti genere dicendi utriusque statuenda sit, ad rem ipsam, quam nobis proposuimus, accedentes quaestionibus selectis singillatim examinemus et initium faciamus a figuris abundantiam quandam sermonis indicantibus.

Cap. III.

De figuris quae abundantiae generis dicendi ascribuntur.

§ 1. De Epanaphora.

Epanaphora elocutionis figuris ascribenda est²⁾ et priori quidem generi, quod adiectione aut repetitione plerumque eiusdem verbi

¹⁾ Praepositiones genitivum regentes praebent infinitivum apud Thucydidem *μετά, ἐκ, περί, ἔνεκα, ἀντί, ἀπό, μέχρι, διά, πρό*, apud Herodotum cum infinitivo coniunguntur praepositiones *μετά, ἀντί, περί*. Apud Thucydidem igitur ille usus multo latius valet quam apud Herodotum.

²⁾ Epanaphoram omnes fere rhetores Graeci et Latini elocutionis figuris attribuunt excepto Alexandro rhetore (Spengel rhetores Graeci vol. III p. 20) et Anonymo *περὶ σχημάτων* (Spengel l. l. p. 181), quorum ille epanaphoram vocat figuram elocutionis, si verbum in initio membrorum iteratur velut *ταῦτ' εἶπον ὑπὲρ ὑμῶν, ταῦτ' ἐπρέσβεσσα, ταῦτ' ἐδείξην*, figuram autem sententiae, si repetitio in membris secundo loco positis invenitur velut: *ἐδιδασκες γράμματα, ἐγὼ δὲ ἐφοίτων. ἐτέλεις, ἐγὼ δ' ἐτελοῦμην*, hic praeterea, ut Rutilius Lupus (Halm p. 6) mirum in modum etiam repetitioni verborum idem significantium nomen epanaphorae attribuit verbis: *γίνεται πάλιν ἐπαναφορά, καὶ ὅταν τῇ ἀρχούσῃ λέξει ἕτεραι ἰσοδυναμοῦσαι ληφθεῖεν ἐπὶ τῶν ἄλλων κώλων, οἷον ἢ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχή, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς*. Haec tamen definitio atque partitio non ea est quam probemus, cum aliis rhetoribus non fulciatur. Nec magis probandum videtur discrimen, quod Isidorus (orig. I 35, 8 et 9) et Beda (Halm p. 609) inter anaphoram et epanaphoram esse voluerunt: illa enim dicunt eandem dictionem bis saepiusve per principia versuum repeti, velut Verg. Aen. III 156 sq.

nos te Dardania incensa tuaque arma secuti

nos tumidum sub te permensi classibus aequor,

hac eandem dictionem per membra eiusdem versus repeti, velut Aen. VII 759 sq.

te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda,

te liquidi flevēre lacus,

oritur. Verbum duplicatur et ut vis eius augeatur atque amplificetur velut Cic. pro Mil. 27 occidi, occidi Sp. Mallium, et ut misericordia moveatur velut Verg. Ecl. II 69 Ah Corydon, Corydon. Hoc schema ab aliis appellatur *παλιλλογία*, ab aliis *ἀναδιπλώσις*, non recte *ἐπανάληψις*, cum hac figura plerumque complura iterentur verba velut Hom. Il. XX 371 sq.

τῷ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πῦρὸ χειῖρας ἔοικεν
εἰ πῦρὸ χειῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Cornificius IV 28, 3 repetitionem quam modo diximus nominat con-
duplicationem eiusque vim notat verbis: vehementer auditorum com-
moveret eiusdem verbi redintegratio et vulnus maius afficit in contrario
causae, quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem partem corporis.

Quod attinet ad nomen epanaphorae, notandum est multo saepius
epanaphoram inveniri (velut apud Demetr. de eloc. 268, Alexandrum
rhetorem Spengel vol. III p. 20 et 29, Eusthatium ad Il. V 740,
Schol. Il. II 382, Tiberium, Spengel vol. III p. 72, Zonaem, Spengel
III 164, alios), rarius anaphoram velut apud grammaticos Latinos
Donatum III 5, 2, Diomedem p. 440, Bedam (Halm p. 609).
Rhetores Latini epanaphoram varie verterunt: Cornificius et Carmen
de fig. (Halm p. 64) eam nominant repetitionem, Aquila Romanus
(Halm p. 29 et 32) et repetitionem et relatam, Julius Rufinianus
(Halm p. 49) iterationem, Rutilius Lupus (Halm p. 6) *ἐπιβολήν*.

Iam quae natura atque vis epanaphorae sit videamus. Epana-
phoram iis figuris elocutionis attribui, quae adiectione vel repetitione
verborum oriuntur, supra commemoravimus. Itaque cohaeret quidem
cum palillogia sive anadiplosi, simul autem ab iis differt, cum illa
figura repetita verba alterum post alterum contineantur, epanaphora
autem eadem pars orationis, id quod Aquila Romanus (Halm p. 32)
exposuit, bis saepiusve per singulos ambitus aut per singula membra,
interdum etiam brevius per caesa, quae *κόμματα* appellant, repetatur.
Tria igitur genera epanaphorae discernere possumus: primum repe-
titionis per caesa velut Dem. *παραπρεσβ.* p. 344 *προσιῶν μὲν τῇ
βουλῇ, προσιῶν δὲ τῷ δήμῳ*, alterum per membra: Dem. de cor. p. 241
*μέχρι τούτου Λασθένης φίλος ὀνομάζετο Φιλίππου, ἕως προῦδωκεν
Ὀλυθρον. μέχρι τούτου Τιμόλαος, ἕως ἀπώλεσε Θήβας*, tertium
per ambitum: Tam diu Tiberius Gracchus populo gratus fuit, quam
diu leges ad voluntatem eius, non ad utilitatem rei publicae com-
positas ferebat: tam diu C. Gracchus, quam diu legibus agrariis
et frumentariis et ceteris profusionibus aerarii multitudinem impe-

ritam promerebatur: tam diu Saturnius plurimum potuit, quam diu easdem illas frumentarias largitiones et agri divisiones pollicebatur. cf. Dem. Chers. p. 105 οὐκ ἦν ἀσφαλὲς λέγειν ἐν Ὀλύμπῳ τὰ Φιλίππου μὴ συννεπειπονθότων τῶν πολλῶν Ὀλυμπίων τῷ Ποτίδαιαν καρποῦσθαι· οὐκ ἦν ἀσφαλὲς λέγειν ἐν Θετταλίᾳ τὰ Φιλίππου μὴ συννεπειπονθότος τοῦ πλήθους τῶν Θετταλῶν τῷ τοῦς τυράννουσ ἐκβαλεῖν Φίλιππον αὐτοῖς καὶ τὴν πύλασαν ἀποδοῦναι. οὐκ ἦν ἐν Θήβαις ἀσφαλὲς, πρὶν τὴν Βοιωτιάν ἀπέδωκε καὶ τοὺς Φωκέας ἀνεῖλεν. Ovid. Met. I 325 sq.

Et superesse virum de tot modo milibus unum,

Et superesse videt de tot modo milibus unam.

Epanaphoram cum alia figura coniungi posse adnotavit Schol. ad Il. II 382:

εὖ μὲν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω·

δύο δὲ συνέπλεξε σχήματα, ὁμοιοτέλετον καὶ ἐπαναφοράν.

Exemplum epanaphorae cum figura sententiae (ironia) coniunctae attulit Aquila Romanus (Halm p. 29): ille amator patriae egregius, ille rei publicae custos, ille defensor libertatis ac legum' et de tali coniunctione haec disseruit: 'Cum hoc de eo dicatur, de quo contraria intellegi volumus, et ironia est, quae figura sententiae est, et epanaphora, de qua cum maxime diximus, quae est elocutionis.'

Ut omnes locutionum duplicationes et iterationes affectum quendam exprimunt (Aps. p. 460 πάθος ποιῶσιν οἱ διπλασιασμοί), ita epanaphora ad ornandam et quasi ad pingendam atque augendam orationem vel maxime accommodata videtur. Hanc epanaphorae peculiarem vim complures rhetores veteres et interpretes designaverunt: Eusthatus ad Il. V 740 epanaphorae figuram pulcherrimam esse adnotat et Demetrius rhetor verbis per epanaphoram repetitis venustatem sive gratiam contineri dicit: *Χαριεντίζεται δέ ποτε καὶ ἐξ ἀναφορᾶς, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἑσπέρου, Ἐσπερε, πάντα φέρεις, φησί, φέρεις ὄν, φέρεις αἶγα, φέρεις ματέρι παῖδα. καὶ γὰρ ἐναυθὰ ἢ χάρις ἐστὶν ἐκ τῆς λέξεως τῆς φέρεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀναφερομένης.* Alii rhetores acrimoniam et gravitatem epanaphorae inesse iudicaverunt, velut Tiberius (Spengel vol. III p. 72) *ἐνέργειαν τὸ σχῆμα καὶ λαμπρότητα ἐνεργάζεται.* Quint. IX 3, 30: ab isdem verbis plura acriter et instanter incipiunt e. gr. Cic. Cat. I 2, 1 nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt?'

Aquila Romanus (H. p. 32) epanaphora omnes vehementes oratores uti dicit, quando praecipue et ipsi commoti videri volunt et iudicem commovere. Hermogenes (de fig. Spengel vol. II p. 335) epanaphoras κατὰ κώλον pulchras, κατὰ κόμματα vehementes existimat et exemplum illius generis affert Dem. de cor. pg. 241: *μέχρι τούτου Λασθένης φίλος ὀνομάζετο Φιλίππου, ἕως προὔδωκεν Ὀλυμπόν· μέχρι τούτου Τιμόλαος, ἕως ἀπώλεσε Θήβας*, exemplum alterius generis Dem. παραπρεσβ. pg. 344 *προσιῶν μὲν τῆ βουλῆ, προσιῶν δὲ τῆ δῆμῳ*. Volkmann¹⁾ denique, ut iudicium nostrae quoque aetatis afferamus, ex figuris elocutionis anadiplosin et epanaphoram maxime ad illud quod Graeci vocant *δεινότητα λόγου* conferre recte iudicasse mihi videtur.

Non omiserim hoc loco commemorare figuram, quae, si spectamus quem ad finem saepius adhibeatur, epanaphorae propinqua esse videtur, re vera ei contraria est, antistrophen dico. Hanc figuram Hermogenes (de fig. Sp. vol. II p. 335) explicat *ἐναντίον πως τῆ ἐπαναφορῆ κατὰ τὸ τέλος ἐχόντων τῶν κώλων τὴν αὐτὴν λέξιν* et exemplum eius affert Dem. de cor. p. 294: *πράττεται τι τῶν ὑμῖν δοκούντων συμφέρειν; ἄφρονος Αἰσχίνης. ἀντέκρουσέ τι καὶ γέγονεν οἶον οὐκ ἔδει; πάρεστιν Αἰσχίνης*. Simili modo Alexander (Sp. vol. III p. 29), Tiberius (ib. p. 74) Zonaeus (ib. p. 166) antistrophen defini-verunt. Rutilius Lupus (H. p. 6) et carmen de figuris (H. p. 65) eam epiphoram nominant, quod nomen nostra aetate usitatum est.

His paucis de epanaphora praemissis iam exempla illius figurae ex Herodoti et Thucydidis libris deprompta congeramus.

1. Epanāphora substantivorum.

a. apud Herodotum.

- I 45 *Ἄδραστὸς δὲ ὁ Γορδιέω τοῦ Μίδεω, οὗτος δὲ ὁ φρονεὺς μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφεοῦ γενόμενος, φρονεὺς δὲ τοῦ καθήρατος*. Apte hic substantivum *φρονεὺς* repetitum est, ut quanta Adraستي calamitas sit magna cum vi significetur.
- I 108 *ἔδοκε δὲ οἱ ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς Θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον, τὴν δὲ ἄμπελον ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν*. Repetitione vocis *ἄμπελος* chiasmi figura adhibita non inepte a scriptore exprimitur somno Astyagis mirum quoddam et periculum regno illius afferri.

¹⁾ Rhetorik der Griechen und Römer ² p. 467.

b. apud Thucydidem
exemplum repetitionis substantivorum non invenitur.

2. Epanaphora adiectivorum.

a. apud Herodotum.

- I 32 ἐν γὰρ τῷ μακροῦ χρόνῳ πολλὰ μὲν ἔστι ἰδεῖν, τὰ μὴ τις
ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθεῖν
- I 71 στρατεύεσθαι παρασκευάζει, οἱ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας,
σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι
- I 103 καὶ πρῶτός τε ἐλόχισε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ
πρῶτος διέταξε
- II 174 πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἠλίσκετο ὑπὸ τῶν μαντηῶν, πολλὰ
δὲ καὶ ἀποφρέγεσκε
- V 23 ἴνα — — ὁμιλῶς τε πολλὸς μὲν Ἑλλήν περιουκίει, πολλὸς
δὲ βάρβαρος
- VI 112 πρῶτοι μὲν γὰρ Ἑλλήνων πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν δρόμῳ
ἐς πολεμίους ἐχρήσαντο, πρῶτοι δὲ ἀνέσχοντο ἐσθῆτά τε
Μηδικὴν ὀρέοντες καὶ τοὺς ἄνδρας ταύτην ἐσθῆμένους
- VIII 16 πολλαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ
δὲ ἄνδρες
- IX 41 ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ
ἄσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄργυρόν τε καὶ ἐκπώματα
- IX 79 ἀποχρᾶ δέ μοι Σπαρτιήτησι ἀρεσκόμενον ὅσια μὲν ποιέειν,
ὅσια δὲ καὶ λέγειν
- IX 80 ἐνθάυτα πολλὰ μὲν κλέπτοντες ἐπώλεον πρὸς τοὺς Λίγυιτας
οἱ εἴλωτες, πολλὰ δὲ καὶ ἀπεδείκνυσαν, ὅσα αὐτῶν οὐκ οἶα
τε ἦν κρύψαι
- IX 122 εἰσὶ δὲ πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ
ἐκαστέρω, τῶν μίαν σχόντες πλέοσι ἐσόμεθα θουμαστότεροι.

b. apud Thucydidem.

- I 49 πολλοὺς μὲν ὀπλίτας ἔχοντες ἀμφότεροι ἐπὶ τῶν καταστρω-
μάτων, πολλοὺς δὲ τοξότας τε καὶ ἀκοντιστάς
- II 8 τότε δὲ καὶ νεότης πολλή μὲν οὖσα ἐν τῇ Πελοποννήσῳ,
πολλή δὲ ἐν ταῖς Ἀθήναις
- II 8 καὶ πολλὰ μὲν λόγια ἐλέγοντο, πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ἦδον
- VII 24 ἅτε γὰρ ταμειρῶν χρωμένων τῶν Ἀθηναίων τοῖς τείχεσι
πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σίτος ἐνήν, πολλὰ δὲ καὶ
τριηράρων

- VII 67 οἱ δ' ἐπειδὴν πολλοὶ μὲν δολίται ἐπὶ τῶν καταστροφαιῶν παρὰ τὸ καθεστῆκός ὄσι, πολλοὶ δὲ καὶ ἀκοντισταὶ
- VII 70 πολλὴ μὲν γὰρ ἑκατέρους προθυμία ἀπὸ τῶν ναυτῶν ἐς τὸ ἐπιπλεῖν ὅποτε κελεισθεῖη ἐγγίγνεται, πολλὴ δὲ ἡ ἀντικέχησις τῶν κυβερνητῶν καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους
- VII 77 καίτοι πολλὰ μὲν ἐς θεοῦς νόμιμα δεδιήθημαι, πολλὰ δὲ ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα.

Perlustrantes exempla repetitionis adiectivorum iam primo aspectu videmus adiectivum *πολύς* apud utrumque scriptorem saepe repeti, alia adiectiva (velut *οκίτινος*, *πρωτός*, *ὑσιος*) apud Herodotum raro, apud Thucydidem, quoad equidem vidi, nullo loco. Ineunt autem eam rationem, ut adiectiva repetita, id quod ex proprietate sermonis Graeci explicandum videtur, particulis *μὲν* — *δὲ* sive annexantur sive opponantur. Iis locis, quibus repetitione adiectivi *πολύς* et oppositio et annexio notatur, particulae *δέ* vocula *καί* apposita est velut Herod. I 32, IX 41.

3. Epanaphora pronominum.

Repetitio pronominum et apud Herodotum et apud Thucydidem rarissima est: apud Herodotum pronomen *κοῖος* tribus locis repetitum inveni:

- I 37 *κοῖος μὲν τις τοῖσι πολιέτησι δόξω εἶναι, κοῖος δὲ τις τῇ νεογάμῳ γυναικί;*
- I 39 *ὅς δὲ κοῖαι μὲν εἰσι χεῖρες, κοίη δὲ αἰχμὴ σιδηρῆ, τὴν σὺ φοβέσαι;*
- VII 9 *τί δείσαντες; κοίην πλήθεος συστροφὴν, κοίην δὲ χρημάτων δύναμιν.*

Utrumque scriptorem certum ad finem sive adiectiva sive pronomina tot locis repetivisse exempla allata satis demonstrare videntur. Etsi repetitio hic illic abundat, tamen plurimis locis quos attulimus vel maxime idonea est, qua altera vox alteri concinnitatis ratione habita bene opponatur sive posteriori maior attribuitur vis.

4. Epanaphora verborum.

Idem verbum bis vel ter vel quater in eadem enuntiatione positum apud Herodotum saepius nobis occurrit. Quaeritur, quo modo illae repetitiones explicandae sint. Wendt¹⁾ eas ita explicat:

¹⁾ Wendt, de oratione Herodoti, Greiffenberg 1856 p. 3.

Atque id ipsum, ut idem aut iisdem aut propinquis verbis his dicatur, iis qui Herodotum legunt toties occurit, ut varietatem illam dictionis, quam ut efficiant ceteri scriptores in eadem notione saepius exprimenda vocabula mutare solent, nullo modo spectasse, immo iteratis iisdem verbis perspicuitatem potius sermonis quam celerem narrationis progressum secutus esse videatur.' Perspicuitatis igitur amori Wendt eiusmodi repetitiones verborum ascribit, cum Zander ¹⁾ concinnitatis studio eas explicandas esse putet. Certe ut apud Homerum ita apud Herodotum illae verborum repetitiones, quae apud posteriores quoque scriptores inveniuntur, sic explicari possunt, sed si respicimus multos locos qui huc referuntur, apparebit eos generatim tractandos esse. Perlustranti mihi exempla quae congesi Herodotus duabus de causis tot locis verba tam saepe repetivisse mihi videtur:

a. ut verbo repetito maior insit vis et obiectum alterum cum eo coniunctum maius habeat momentum.

I 44 *ἐκάλει μὲν Λία καθάρσιον, μαρτυρούμενος τὰ ἐπὶ τοῦ Ξείνου πεπονθῶς εἶη, ἐκάλει δὲ ἐπίστιόν τε καὶ ἑταιρήϊον* (cf. Hom. Odys. IV 184 sq. *κλαῖε μὲν Ἀργεῖη Ἑλένη — κλαῖε δὲ Τηλέμαχος*)

I 76 *καὶ εἶλε μὲν τῶν Περίων τὴν πόλιν καὶ ἠδραποδίσατο, εἶλε δὲ τὰς περιοικίδας αὐτῆς πάσας*

III 14 *δακρῦειν μὲν Κροῖσον (ἔτετεύχῃ γὰρ καὶ οὗτος ἐπισπόμενος Καμβύση ἐπ' Αἴγυπτον), δακρῦειν δὲ Περσέων τοὺς παρρόντας*

III 36 *σὺ δὲ κτείνεις μὲν ἄνδρας σεωντοῦ πολιήτας ἐπ' οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιώχρῳ ἐλὼν, κτείνεις δὲ παῖδας*

III 52 *καὶ εἶλε μὲν τὴν Ἐπίδαυρον, εἶλε δὲ αὐτὸν Προκλέα καὶ ἐξώγησε*

V 117 *Λαυρίσης μὲν τραπούμενος πρὸς τὰς ἐν Ἑλλησπόντιοι πόλιν εἶλε μὲν Λάρδανον, εἶλε δὲ Ἄβυδον*

V 122 *καὶ εἶλε μὲν Αἰολέας πάντας, ὅσοι τὴν Ἰλιάδα νέμονται, εἶλε δὲ Γέργιθας τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν ἀρχαίων Τευκρῶν.*
cf. VI 43, VII 8, VIII 17, IX 16.

Idem verbum εἶλε quater ponitur

V 26 *Οὗτος ὦν ὁ Ὀτάνης — — Βυζαντίους τε εἶλε καὶ Καληδονίους, εἶλε δὲ Ἄντανδρον τὴν ἐν τῇ Τριράδι γῆ, εἶλε δὲ*

¹⁾ de epanalepsi HomERICA et Herodotea pg. 14.

Λαμπώνιον, λαβών δὲ παρὰ Λεσβίων νέας εἶλε Ληϊμόν τε καὶ Ἰμβρον.

Saepius igitur Herodotus ut quas urbes vel insulas aliquis bello ceperit commemoret, repetitionem verbi αἰρέω adhibuit. Sex enim locis leguntur verba εἶλε μὲν — εἶλε δέ.

b. ut prior sententia praesertim compluribus verbis interpositis verbo repetito augeatur atque amplificetur sive accuratius definiatur.

- I 114 ἔπαιζε ἐν τῇ κώμῃ ταύτῃ, ἐν τῇ ἦσαν καὶ αἱ βουκολίαι αὐται, ἔπαιζε δὲ μετ' ἄλλων ἡλίκων ἐν ὁδῷ
- II 32 παρὰ δὲ τὴν πόλιν ῥέειν ποταμὸν μέγαν, ῥέειν δὲ ἀπὸ ἐσπέρας αὐτὸν πρὸς ἥλιον ἀνατέλλοντα
- II 158 ἦκται δὲ ἀπὸ τοῦ Νείλου τὸ ἕδωρ ἐς αὐτήν, ἦκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πόλιν
- III 1 αἴτεε Ἄμασιν θυγατέρα, αἴτεε δὲ ἐκ συμβουλῆς ἀνδρῶν Αἰγυπτίου
- III 4 μεταδιώκει ὁ Ἄμασις σπουδὴν ποιούμενος ἐλεῖν, μεταδιώκει δὲ τῶν εὐνούχων τὸν πιστότατον ἀποστειλάς
- IV 95 τὸν Ζάλοξιν τοῦτον ἔοντα ἄνθρωπον δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ, δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ Μνησάρχου
- IV 139 ἔδοξε σφι — — τῆς μὲν γεφύρας λύειν τὰ κατὰ τοὺς Σκόθας ἔοντα, λύειν δὲ ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται. cf. V 100, VI 43, VIII 76, IX 17.

Non raro in eiusmodi locis tmesin legimus: II 141 μὲν ἀρουραίους κατὰ μὲν φραγέειν τοὺς φραετρεῶνας αὐτῶν, κατὰ δὲ τὰ τόξα. cf. III 36. 126, V 81, VIII 33. 89, IX 5.

Apud Thucydidem quoque epanaphoram verborum saepe inveni-
mus, septies in libro primo, sexies in libro octavo. Idem verbum
quater positum, id quod apud Herodotum V 26 legitur, in Thucydidis
libris non inveni, contra unum locum, quo ad prius verbum nos
relegat similis notio: VIII 1 ἐπειδὴ δὲ ἐγνωσαν, χαλεποὶ μὲν ἦσαν
τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ρητόρων τὸν ἔκπλονον, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ
ψηφισάμενοι, ὠργίζοντο δὲ καὶ τοῖς χρησμολόγοις τε καὶ μάντεσι.
Ceteros locos ita distribui:

1) I 28 εἰ δὲ τι ἀντιποιοῦνται, δίκας ἦθελον δοῦναι ἐν Πελο-
ποννήσῳ — — ἦθελον δὲ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντεῖω ἐπιτρέψαι:

repetito verbo Thucydides significare vult non referre utrum arbitrium Peloponnesi urbibus committatur an oraculo Delphico.

2) I 30 *ἔστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἀκτίῳ* — — *καὶ τῶν ἄλλων πόλεων ὅσαι σφίσι φίλαι ἦσαν. ἀντεστρατοπεδεύοντο δὲ καὶ οἱ Κορκυραῖοι*: ea quae Corinthii faciunt opponuntur iis quae Corcyraei moliantur. Oppositio in his quoque locis statuenda est: II 7. 15. 86. 92.

3) I 47 *ὁ πεζὸς ἦν καὶ Ζακυνθίων χίλιοι ὀπίσθαι βεβοηθηκότες. ἦσαν δὲ καὶ τοῖς Κορινθίοις ἐν τῇ ἡπείρῳ πολλοὶ τῶν βαρβάρων παραβεβοηθηκότες*: aliquid uno eodemque tempore factum esse i. e. et Corcyraeis et Corinthiis multos socios auxilio venisse repetito verbo apte significatur. cf. I 126. 128, II 96. 101, VI 88, VIII 71 sq.

4) I 85 *καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας, πέμπετε δὲ περὶ ὧν οἱ Ξύμμαχοί φασιν ἀδικεῖσθαι*: Archidamus in concilio sociorum Lacedaemone habito Lacedaemonios hortatur, ut duabus de causis legatos ad Athenienses mittant et propter Potidaeam et propter sociorum querelas.

5) I 116 *Περικλῆς δὲ λαβὼν ἐξήκοντα ναῦς* — — *ᾤχετο κατὰ τάχος ἐπὶ Κάννου* — — *ᾤχετο γάρ καὶ ἐκ τῆς Σάμου πέντε ναυσὶ Στησαγόρας*: verbum alterum, cui particula γάρ apposita est, causam affert.

Videmus igitur Thucydidem variis de causis repetitionem sive epanaphoram verborum adhibere, velut ut res inter se opponat vel ut aliquid uno eodemque tempore factum esse significet vel ut causam afferat. Notandum est omnibus locis repetitum verbum annecti particulis *δὲ καὶ* (excepti sunt loci I 85. 116), qua re specie sola epanaphora Thucydidis ab Herodotea differt.

§ 2. De Epanalepsi.

Altera elocutionis figurarum quae adiectione sive repetitione (sive *πλεονασμῷ* ut Quintiliani verbo utar) oriuntur est epanalepsis. Iam supra commemoravimus notionem epanalepsis non satis circumscriptam esse, cum rhetores nonnulli anadiplosin sive palillogiam eandem esse figuram atque epanalepsin autument; velut Pseudo-Plutarchus de vita Hom. 32 epanalepsin vocem usurpat, ut palillogiam sive anadiplosin explicet: *ἡ παλιλλογία ἐπανάληψις οὗσα μέρους τινὸς λόγου, ἢ πλείονων λέξεων ἐπαναλαμβάνομένων, ὃ καὶ ἀναδιπλωσις*

καλεῖται. Hermogenes quoque (περὶ μετ. δειν. Sp. vol. II p. 433), id quod ex exemplis eius ad epanalepsis varia genera explicanda allatis apparet, in notione epanalepsis definiendā accuratus non est; confundit enim exempla, in quibus epanalepsis rationi grammaticae debetur cum iis, quibus vis rhetorica inest. Certe repetitioni ab Hermogene laudatae quam legimus Od. I 22 sq.

ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἔοντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίταται, ἔσχατοι ἀνδρῶν

alia causa subest quam in exemplo Herodoteo I 45: *γονεὺς μὲν τοῦ ἔωτοῦ ἀδελφεοῦ, γονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος*. Illic perspicuitatis causa substantivum repetitur, hic ad orationis vim augendam. Quae cum ita sint, exempla quae repetitionem eo quo supra diximus modo ad orationis vim augendam continent anadiplosi aut epanaphorae aut antistrophae (epiphorae) ascribenda esse putaverim, contra omnes repetitiones, quae tantum perspicuitatis causa locum habent, epanalepsi vindicaverim eique omnes repetitiones sive singulorum verborum sive totorum enuntiatorum, quoad explicari possunt ex grammatica ratione et perspicuitatis studio, attribuerim. Ut ita epanalepsin definiam, adducor iis quae rhetores complures de ea tradiderunt. Breviter epanalepsin explicat Zonaeus *περὶ σχημάτων* (Spengel vol. III p. 164): *Ἐπανάληψις ἀνάληψις προειρημένου, μεταξυλογίας ἐμβالλομένης, ὡς εἴ τις εἴποι, ὁ δεῖνα στρατηγὸς ἠϋξήσε τὰ τῶν στρατιωτῶν, εἶτα μεταξὺ εἰπῶν, πῶς ἠϋξήσεν, ἐπαναμνήσοι πάλιν, αὐξήσαντος οἷν τούτου τὰ τῶν στρατιωτῶν, τάδε γέγονεν*. Iisdem fere verbis utitur Phoebammon (Spengel vol. III p. 46). Accuratio explicatio invenitur apud Anonymum *περὶ σχημάτων* (Spengel vol. III p. 181): *Ἐπανάληψις δὲ ἐστὶν ἀνάληψις προειρημένου τινος μεταξυλογίας ἐμβεβλημένης, ἵνα τὴν διὰ μεσολαβησάντων λόγων ἐγγενομένην λήθην λήσῃ καὶ πρὸς μνήμην ἀγάγῃ τοῦ πρότερον εἰρημένου*. Exemplum, quod Anonymus offert, continet iterationem totius protasis similibus verbis. Ex definitionibus rhetorum, quos modo laudavimus, elucet epanalepsin a scriptoribus propter sententiam longiorem interpositam (haud raro parenthesis forma) tamquam ut oratio unde digressa est revertatur saepius usurpari¹⁾; neque minus apparere videtur epanalepsi raro singulas voces, sed totas

¹⁾ Isidorus orig. II 31, 36 epanalepsin ipsam digressionem existimat eamque *anamnesin* sequi dicit.

enuntiationes perspicuitatis causa repeti, id quod Volkmann¹⁾ recte notasse mihi videtur²⁾.

Páuci rhetores duo epanalepsis genera esse voluerunt, unum fieri unius verbi, alterum plurius verborum coniunctione³⁾.

Epanalepsim Herodoteam aliqua ex parte tractavit Zander in dissertatione quam conscripsit de epanalepsi Homerica et Herodotea. Congessit enim diligentissime locos Herodoteos cum Homericis collatos, in quibus praesertim post verba interiecta superiora iterantur. Sed cum maxime eos locos afferat, in quibus singulae voces sive articulus sive pronomina sive nomina iterantur, et enuntiationes ipsas repetitas obiter attigerit itaque tantum genus rarius epanalepsis pertractaverit, haud abs re erit in eas epanalepsis et Herodoti et Thucydidis formas, quae debentur repetitioni totius enuntiationis, inquirere. Eandem autem sequemur rationem atque supra, ut primum de locis Herodoteis, deinde de Thucydideis disceptemus.

Iam eos locos afferamus Herodoteos, in quibus sive enuntiationes primariae sive secundariae repetuntur. Varias sunt causas, quibus repetitio enuntiatum, quamquam non necessaria fit, tamen opportuna videtur. Ac primum quidem huc referendi sunt loci, in quibus nonnullis verbis interpositis (parenthesis quam vocant forma) conexus sententiarum interruptus repetitione enuntiatum antecedentis restituitur. Haec est proprietas omnibus linguis communis et ab Herodoto saepissime adhibetur ea ratione, ut parenthesi interposita nos ad antecedentia iisdem fere verbis atque antea usus est releget. Non raro verbis repetitis particula *δή* apposita est:

I 1 *τούτους γὰρ (Φοίνικας) ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τῆνδε τὴν θάλασσαν καὶ . . . ἐσαπικνέεσθαι καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχε ἅκασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένη ἡ χώρῃ. ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο διατίθεσθαι τὸν φόντον*

I 28 *Χρόνου δὲ ἐπιγινόμενου καὶ κατεστραμμένων σχεδὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἄλως ποταμοῦ οἰκημένων (πλὴν γὰρ Κιλίκων*

¹⁾ Rhetorik der Griechen und Römer ² p. 397.

²⁾ Quae alii rhetores Latini et Graeci attulerunt velut Quint. VIII 3, 51, Tiberius *περὶ σχημάτων* (Spengel vol. III p. 70 sq.) minus dilucida sunt, cum epanalepsim non secernant a tautologia.

³⁾ cf. Rutili Lupi de schematis lexeos lib. I § 11' (Halm p. 8).

καὶ Λυκίων τοὺς ἄλλους πάντας ὑπ' ἑωυτιῶ εἶχε καταστρεφόμενος ὁ Κροῖσος· εἰσὶ δὲ οἶδε, Λυδοὶ, Φρύγες, Μυσοὶ . . . Πάμφυλοι) κατεστραμμένων δὲ τούτων. cf. I 29. 102, II 100. 111. 120. 124. 132. 161, IV 76. 88, V 32. 101, VI 9, VII 57 sq. 141, VIII 7, IX 81. 89. 96. 111.

Sæpius in periodis longioribus protasis, quam complures enuntiationes explicativæ plerumque causam afferentes sequuntur, iisdem fere verbis repetitur, id quod vernaculi quoque sermonis vel maxime peculiare est. Qua de causa eiusmodi repetitio adhibeatur, perspicuum est: scriptoris interest ea, quæ longiore protasi allata sunt, comprehendendi et lectoribus in animum revocari:

I 57 εἰ δὲ χρεῶν ἔστι τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν τῶν ὑπὲρ Τυρσηγῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκόντων, οἱ ὄμουροὶ κοτε ἦσαν τοῖσι νῦν Λωριεῦσι καλομένοισι . . . καὶ ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ ἔοντα πολιέματα τὸ οὖνομα μετέβαλε, εἰ τούτοισι τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλώσσαν ἰέντες

V 99 Ἀρισταγόρης δὲ, ἐπειδὴ οἱ τε Ἀθηναῖοι ἀπίκοντο εἰκοσι νηρησὶ . . . οὔτοι ὦν ἐπείτε σφι ἀπίκοντο καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι παρήσαν, ἐποιέετο στρατηγὴν ὁ Ἀρισταγόρης. Hoc loco igitur non solum enuntiatio primaria, cum complures interiectæ sint enuntiationes, repetitur, sed etiam Aristagoras subiectum quod legitur et in initio et in fine periodi. cf. V 105. 115, VI 76. 137, VII 43.

Etiam in brevioribus periodis Herodotus protasim perspicuitatis causa repetere amat:

IV 122 τῶν δὲ Σκυθέων οἱ πρόδρομοι ὡς εὔρον τοὺς Πέρσας ὕσον τε τριῶν ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχοντας ἀπὸ τοῦ Ἰστρου, οὔτοι μὲν τούτους εὐρόντες. cf. IV 78, VI 42, VIII 67.

Interdum eadem verba, quæ in initio enuntiati leguntur, in fine eius redeunt, ut aliquid esse vel dici maiore cum vi exprimatur:

II 35 Ἔρχομαι δὲ περὶ Αἰγύπτου μηχανέων τὸν λόγον, ὅτι πλέω θωυμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρα καὶ ἔργα λόγον μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώραν. τούτων εἵνεκεν πλέω περὶ αὐτῆς εἰρήσεται.

III 122 Πολυκράτης γὰρ ἔστι πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Ἑλλήνων, ὃς Θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη, πάρεξ Μίνω τε τοῦ Κνωσίου, καὶ εἰ δὴ τις ἄλλος πρότερος τούτου ἦρξε τῆς Θα-

λάσσης· τῆς δὲ ἀνθρωπηΐης λεγομένης γενεῆς Πολυκράτης ἐστὶ πρῶτος. cf. IV 187, V 22, VI 82.

Singulae causae, quibus adductus aliquis facit aliquid vel quibus rationibus permotus aliquis sententiam suam profitetur, enumerantur, deinde verbo quod ad antecedentia nos relegat comprehenduntur:

V 91 Τότε δὲ ὡς ἀνέλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς χρησμοὺς καὶ τοὺς Ἀθηναίους ὥρεον αὐξανομένους καὶ οὐδαμῶς ἐτοιμοὺς ἔοντας πείθεσθαι σφι, νόῳ λαβόντες, ὡς ἐλεύθερον μὲν ἔόν τὸ γένος τὸ Ἀττικὸν ἰσόροπον τῷ ἔωντιῶν ἀν γίνουτο, κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος ἀσθενὲς καὶ πειθαρχέσθαι ἐτοιμον, μαθόντες δὲ τούτων ἕκαστα μετεπέμποντο Ἰππὶν τὸν Πεισιστράτου

VII 18 μεμνημένος μὲν τὸν ἐπὶ Μασσαγέτας Κύρου στόλον ὡς ἐπρηξε, μεμνημένος δὲ καὶ τὸν ἐπ' Αἰθίοπας τὸν Καμβύσειω, συστρατευόμενος δὲ καὶ Δαρείῳ ἐπὶ Σκύθας. ἐπιστάμενος ὦν ταῦτα γνώμην εἶχον ἀτρεμίζοντά σε μακαριστὸν εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων. cf. VI 61, VII 16, VIII 100.

Restat ut nonnulla exempla epanalepsis afferam, quae explicari possunt Herodoteo genere dicendi quod vocant λέξιν εἰρομένην:

I 46 Τὰ τῶν Περσέων πρήγματα αὐξανόμενα πένθος μὲν Κροῖσον ἀπέκτανσε, ἐνέβησε δὲ ἐς φροντίδα, εἴ πως δύναιτο, πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας, καταλαβεῖν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν. μετὰ ὦν τὴν διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντήϊων. cf. I 191, III 1, IV 49. 92, V 49, VII 101. 145, IX 90.

Thucydides quoque epanalepsim saepius posuit, quamquam non tam crebro quam Herodotus, id quod iam inde explicari potest, quod ille fuse copioseque scribere non adamat. Singulas epanalepsis formas, quae in Thucydidis libris leguntur, iam breviter attingamus.

Narratio ipsa tamquam postulare videtur, ut scriptor digressionem facta eo loco, quo narrationem unde digressa est redire facit, legentibus vel audientibus tamquam notam apponat. Tali modo explicari potest locus ille, qui apud Thucydidem IV 103 in. legitur: Ἐπὶ ταύτην οὖν ὁ Βρασίδης ἄρας ἐξ Ἀργῶν τῆς Χαλκιδικῆς ἐπορεύετο τῷ στρατῷ, quae verba nos relegant ad initium cap. 102 ubi legimus: Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος Βρασίδης ἔχων τοὺς ἐπὶ Θράκης ξυμμάχους ἐστράτευσεν ἐς Ἀμφίπολιν τὴν ἐπὶ Στρυμόνι ποταμῷ Ἀθηναίων ἀποικίαν et certe Thucydides nulla alia de causa sententiam cap. 102 in. iam expressam hoc loco repetivit, nisi ut iis quae cap. 102 de

Amphipolis coloniae historia breviter exposuit omissis ad rem propositam illis ipsis verbis dilucide rediret simulque locum unde Brasidas profectus est, scil. Arnas urbem in agro Chalcidensi sitam adderet.

Quod supra de compluribus locis Herodoteis monuimus protasim similibus vel iisdem verbis praesertim parenthesi quam vocant interiecta repeti, in locum Thucydideum quoque quadrat; I 18 enim legitur: Ἐπειδὴ δὲ οἱ τε Ἀθηναίων τύραννοι καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐπὶ πολὺ καὶ πρὶν τυραννευθείσης οἱ πλείστοι καὶ τελευταῖοι πλήρῃ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἐπὶ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν (ἢ γὰρ Λακεδαιμῶν . . . καὶ τὰ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι καθίστασαν) μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τῆς Ἑλλάδος.

Participium altero loco, cui idem fere sensus inest, repetitur: IV 36 βαλλόμενοι τε ἀμφοτέρωθεν ἤδη καὶ γιγνόμενοι ἐν τῇ αὐτῇ ξυμπτώματι, ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι, τῇ ἐν Θερμοπύλαις (ἐκεῖνοί τε γὰρ τῇ ἀτραπιῷ περιελθόντων τῶν Περσῶν διεφθάρησαν, οὗτοί τε) ἀμφίβολοι ἤδη ὄντες οὐκέτι ἀντεῖχον. cf. V 58, VII 42.

Verbum finitum repetitur participio eiusdem vel similis verbi V 5. 40.

Peculiari ratione explicandum videtur initium cap. 64 libri VI Ἀ γινώσκοντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων καὶ βουλόμενοι αὐτοὺς ἄγειν πανδημῆ ἐκ τῆς πόλεως ὅτι πλείστον . . . τοιόνδε τι οὖν πρὸς ἃ ἐβούλοντο οἱ στρατηγοὶ μηχανῶνται, quo loco subiectum Ἀθηναῖοι et participium βουλόμενοι in fine enuntiatum excipiuntur verbis πρὸς ἃ ἐβούλοντο οἱ στρατηγοί. Matthiae¹⁾ ad hunc locum adnotat: 'Wenn nach Zwischensätzen der Hauptsatz fortgesetzt werden soll, so werden in diesem gewöhnlich ein paar Worte aus dem Vorigen mit δέ, οὖν gesetzt, je nachdem das folgende dem Zwischensatze entgegengesetzt oder aus ihm abgeleitet werden soll.'

Non praetermittendi denique sunt nonnulli loci, in quibus ea, quae singillatim enumerata sunt, comprehenduntur sive ut aliis rebus quae praetermittuntur opponantur sive maiore cum vi atque gravitate exprimantur. In epitaphio Periclis II 36 fin. legimus: ἀπὸ δὲ οἷας . . . πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἷων μεγάλη ἐγένετο, ταῦτα δηλώσας πρῶτον εἶμι καὶ ἐπὶ τὸν τῶνδε ἔπαινον, quo in loco verba comprehenduntur ταῦτα δηλώσας nihil aliud spectant nisi ut enuntiatum ἀπὸ δὲ — ἐγένετο opponatur antecedenti: ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέ-

¹⁾ Ausführliche Griechische Grammatik ³ II p. 1525.

μους ἔργα . . μακρογορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος λέσω. Eodem modo explicandus est II 48 ἐγὼ δὲ οἶόν τε ἐγίγνετο λέξιω καὶ ἄρ' ὣν ἄν τις σκοπιῶν, εἴ ποτε καὶ αὐθις ἐπιπέσοι, μάλιστα ἄν ἔχοι τι προειδώς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω αὐτὸς τε νοσήσας καὶ αὐτὸς ἰδὼν ἄλλους πάσχοντας. Legimus igitur hic eadem verba comprehendentia atque II 36 et eadem causa est, qua scriptor ut illa verba poneret adductus est, id quod apparet ex antecedentibus verbis: λεγέτω μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ ὡς ἕκαστος γιγνώσκει καὶ λατρὸς καὶ ἰδιώτης, ἄρ' ὅτου εἰκὸς ἦν γενέσθαι αὐτό κτλ.

Ut singula maiore cum vi atque gravitate nobis obviam fierent, Thucydides verba comprehendentia posuit V 43 fin. πανταχόθεν τε νομιζῶν ἔλασσοῦσθαι τό τε πρῶτον ἀντεῖπεν, οὐ βεβαίους φράσκων εἶναι Λακεδαιμονίους, ἀλλ' ἵνα Ἀργεῖους σφίσι σπεισάμενοι ἐξέλωσι καὶ αὐθις ἐπ' Ἀθηναίους μόνους ἴωσι, τούτου ἕνεκα σπένδεσθαι αὐτούς: Alcibiades, ut breviter huius loci conexum sententiarum exponam, aegre fert Lacedaemonios Niciae opera pactos esse et ipsum propter iuventutem neglexisse. Itaque eius vel maxime intererat Lacedaemonios insimulare et iis obicere pacem eo consilio ab iis peti, ut Argis deletis contra Athenas destitutas proficiscerentur.

Eadem verba, id quod apud Herodotum saepius nobis obviam fit, in initio et in fine enuntiati posita apud Thucydidem inveni I 80 πρὸς δὲ ἄνδρας οἱ γῆν τε ἕκασ ἔχουσι καὶ . . . πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥαδίως πόλεμον ἄρασθαι.

Quodsi ea quae in antecedentibus de epanalepsis usu Herodoteo et Thucydideo attulimus paucis comprehendimus, summa haec est: uterque scriptor epanalepsim satis saepe adhibuit et inprimis tum cum narratio parenthesi interrupta continuanda sive ea, quae singillatim allata erant, comprehendenda et maiore cum vi exprimenda erant. Notatu quoque dignum videtur voculas quasdam poni, ut legentibus et audientibus initium epanalepsis notetur, velut ὦν, δέ, οἶτος ab Herodoto, οἶν, δέ, οἶτος ab Thucydide.

Cap. IV.

De enuntiatis et formulis ad sententiam concludendam
positis.

Herodotus cum fuse copioseque scribere valde adamet, in rebus enarrandis semper fere eam sequitur rationem, ut quae compluribus capitibus verbosius narravit breviter repetat et paucis verbis complectatur. Itaque priusquam se accingit ad rem aliam enarrandam plerumque inserit enuntiatum quod ad proxima verba legentes relegat simulque aptum est, quo transitus fiat ad aliquid novi. Postquam libri primi capite tertio sq. fabulas Persarum de Helena rapta narravit, cap. 5 in. pergit: *Οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι*, quibus verbis antecedentia tamquam complectitur, ita tamen ut novi aliquid addatur his verbis: *καὶ διὰ τὴν Ἰλίου ἄλωσιν εὐρίσκουσι σφίσι ἔουσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἐχθρῆς τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας*. Postquam sequentibus quid Graeci, quid Phoenices de initio discordiae inter Graecos et Persas sentiant enarravit, haec complectitur verbis: *ταῦτα μὲν νῦν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσι*. Eundem ad finem posita invenimus enuntiata I 21 *Μιλήσιοι μὲν νῦν οὕτω λέγουσι γενέσθαι, Ἀλκιάτης δὲ κτλ.*, I 22 *κατὰ μὲν τὸν πρὸς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Ἀλκιάτη ὧδε ἔσχε, Περίανδρος δέ, I 156 sq. Κροῖσος μὲν δὴ ταῦτα οἱ ὑπετίθειτο — ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἐντειλάμενος*. cf. I 24. 49. 52. 53. 65. 70. 71. 75. 88. 92. 113. 118. 120. 124. 141. 146. 149. 155. 159. 171. 173. 176. 177. 180. 183. 187. 191. 192. 194. 195. 202. 208, II 9. 28. 34. 38. 55. 73. 91. 93. 100. 116. 117. 120. 135. 156. 160. 179, III 14. 18. 26. 37. 44. 53. 65. 73. 74. 80. 81. 87. 97. 113. 138.

Saepe verba quae narrationis finem faciunt, plane respondent iis, a quibus initium factum est velut I 200 verba *Νόμοι μὲν δὴ τοῖσι Βαβυλωνίοισι οὕτοι κατεστᾶσι* respondent verbis I 196 *νόμοι δὲ αὐτοῖσι ὧδε κατεστᾶσι*, II 139 verba *Τὸ μὲν δὴ ἰρὸν τοῦτο οὕτω ἔχει* referuntur ad initium capitis 138 *Τὸ δὲ ἰρὸν αὐτῆς ὧδε ἔχει*, III 60 *τούτων εἵνεκεν μᾶλλον τι περὶ Σαμίων ἐμῆκνα* referuntur ad initium capitis 60 *Ἐμῆκνα δὲ περὶ Σαμίων μᾶλλον*, III 128 verba *οὕτω δὴ ὄροῖται τὸν Πέρσῃν Πολυκράτεος τοῦ Σαμίου τίσιες μετῆλθον* respondent iis quae cap. 126 allata sunt: *χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ ὄροῖται Πολυκράτεος τίσιες μετῆλθον*.

Notandum est illa enuntiata, quibus narrata comprehenduntur, ab Herodoto saepe etiam tum adhiberi, cum ea ad quae referenda sunt paulo ante legantur, velut I 46 verba: *Ταῦτα μὲν νῦν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήρια, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος* referuntur ad ea quae paucis versibus ante dicta sunt: *μετὰ ὧν τὴν διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειράτο τῶν μαντηῶν τῶν τε ἐν Ἑλλήσι κτλ.*, I 63 ubi verba *ὁ μὲν δὴ οἱ ἐνθεάζων* ἄρξ. τὰδε repetunt ea quae brevi ante allata sunt: *ὅς οἱ προσίων ἄρξ. ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τὰδε λέγων.* Insignior est repetitio I 101 *ἔστι δὲ Μῆδων τοσάδε γένεα, Βουσαι, Παρητακτροί, Στρούχατες, Ἀριζαντοί, Βοῦδιοι, Μάγοι· γένεα μὲν δὲ Μῆδων ἔστι τοσάδε.*

Nonnunquam duae formulae altera alteram excipiens ponuntur, ita tamen ut prior partem narrationis, posterior totam narrationem complectatur: I 91 verba *ταῦτα μὲν ἡ Πυθίη ὑπεκρίνατο τοῖσι Λυδοῖσι* comprehendunt quae cap. 91 narrata sunt, verba paulo post sequentia *κατὰ μὲν δὴ τὴν Κροῖσου τε ἀρχὴν καὶ Ἰωνίης τὴν πρώτην καταστροφὴν ἔσχε οὕτω* referuntur ad totam narrationem quae capp. 26—91 continetur. Simili modo I 167 verba *καὶ οὗτοι μὲν τῶν Φωκαίων τοιοῦτω μὲν διερχόμενοι* comprehendunt ea quae capp. 166 et 167 narrantur, verba quae brevi post leguntur *Φωκαίης μὲν νῦν πέρι τῆς ἐν Ἰωνίῃ οὕτως ἔσχε* totam narrationem inde a cap. 163 usque ad 167.

Raro ut sententia copiosius expressa breviter comprehendatur participium ponitur, velut II 149 *Τοῦ δὲ λαβυρίνθου τοῦτου ἐόντος τοιοῦτου θῶνμα ἔτι μέζον παρέχεται ἢ Μοίριος καλεομένη λίμνη.*

Inveniuntur etiam loci, in quibus formulis quales commemoravimus omissis scriptor ad aliam rem narrandam transit e. gr. I 134. 179, II 95. 99. 145, III 117.

Cum enuntiata, quae narrationem sive longiorem sive breviorē complectuntur, in libris Herodoteis saepissime occurrant, mirum non est nonnulla ex iis hic illic legi iisdem verbis formata: I 93 *τοῖτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι*; eadem locutio invenitur III 108. Similia verba I 185 *τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο ἐποίησε*, II 8 *τοῦτο μὲν νῦν τὸ οὐρανὸς τοιοῦτο ἐστὶ*, II 61 *Ταῦτα μὲν δὴ ταύτη ποιέεται*, III 3 *καὶ ταῦτα μὲν ὡδε ἔχει.*

In locutionibus quas supra monuimus magnam similitudinem intercedere inter Herodotum et Homerum, qui verba eius quem dicentem inducit plerumque complectitur verbis *ὡς φάτο* similibus,

et Wendt¹⁾ et Zander²⁾ recte notasse mihi videntur. Sed falleremur, si statueremus tot illas locutiones deberi tantum imitationi orationis Homericæ. Mihi quidem Herodotus eas hanc ob causam tam saepe adhibuisse videtur: Cum illis temporibus quibus Herodotus opus suum confecit, prosa oratio nondum exulta ac perpolita esset, immo ex sermone poetico prorsus penderet, inprimis transitus ad aliam rem logica ratione formati scriptori difficultatem offerebant. Inde explicandum est non solum post orationes operi insertas sed etiam in fine cuiusvis partis illas locutiones, quibus transitus ad sequentia fiat, ab Herodoto poni. Porro inde elucet eas in transitu raro (cf. I 134. 179, II 95. 99. 145, III 117) omitti et multis locis inseri, ut quae paucis versibus continentur comprehendantur.

Iam videamus quamnam rationem Thucydides ad sententiam concludendam usurpaverit. Ea quae copiosius a scriptore enarrata sunt plerumque paucis verbis comprehenduntur et ita quidem, ut iis verbis, a quibus narratio incipit, similia verba, quae nos ad antecedentia relegant, respondeant. Saepissime vel potius in omnibus fere eius generis locis a scriptore pronomina vel adverbium adhibentur, quae inter se respondent, velut ὅδε — οὗτος, ὅδε — τοιοῦτος, τοιοῦτος — τοιοῦτος, ὡς — οὕτω. Eo loco, quo ad antecedentia scriptor nos relegat, plerumque legitur particula μὲν vel μὲν οὖν comprehendens, cui δὲ particula ad sequentia transitum faciens respondet: cf. VIII 17 καὶ ἡ πρὸς βασιλέα ξυμμαχία Λακεδαιμονίοις ἡ πρώτη Μιλησίων εὐθὺς ἀποστάντων διὰ Τισσαφέρονος καὶ Χαλκιδέως ἐγένετο ἡ δὲ — VIII 19 Ἡ μὲν ξυμμαχία αὕτη ἐγένετο, VIII 57 καὶ σκοπῶν τρίτας τὰςδε σπένδεται — VIII 59 Λί μὲν σκοπῶν αὗται ἐγένοντο, III 27 in. Οἱ δὲ Μυτιληναῖοι . . ἀναγκάζονται ξυμβαίνειν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους διὰ τὰδε — III 28 ἡ μὲν ξύμβασις αὕτη ἐγένετο, IV 76 καὶ Πιοιδώρου μάλιστα ἀνδρὸς φρυγᾶδος ἐκ Θηβῶν ἐξηγουμένον τὰδε αὐτοῖς παρεσκευάσθη — IV 77 in. Ἡ μὲν οὖν ἐπιβολὴ τοιαύτη παρεσκευάσθη, III 21 in. Τὸ δὲ τεῖχος ἦν τῶν Πελοποννησίων τοιόνδε τῆ οἰκοδομήσει — III 21 fin. τὸ μὲν οὖν τεῖχος ὃ περιεφρουροῦντο οἱ Πλαταιῆς τοιοῦτον ἦν, V 69 in. παραινήσεις καθ' ἐκάστους ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατηγῶν τοιαῦτε ἐγίνοντο — V 69 fin. τοῖς μὲν Ἀργείοις καὶ ξυμμαχοῖς τοιαῦτα παρηρέθη.

Pronomen et adverbium in initio et in fine narrationis sibi respondent VI 2 in. ὡκίσθη δὲ ὡς τὸ ἀρχαῖον καὶ τοσάδε ἔθνη ἔσχε

¹⁾ Wendt, de oratione Herodoti pg. 14.

²⁾ Zander, de epanalepsi Homericæ et Herodotea pg. 16.

τά ξύμπαντα — VI 2 fin. βάρβαροι μὲν οὖν τοιοῦτοί τε Σικελίαν καὶ οὕτως ἔκρησαν.

Perlustrantes exempla quae modo laudavimus non fugit verba quibus antecedentia comprehenduntur breviora esse quam ea quibus narratio initium sumit. Quae res cur ita sese habeat, perspicuum est: illa verba comprehendentia quam brevissime ad ea quae in antecedentibus allata sunt legentes relegant et id quod narratum est tamquam denuo ante oculos legentium breviter proponunt.

Non solum pronomina (uno loco adverbia), id quod supra monuimus, sed etiam tempora in plurimis locis sibi respondent: imperfectum — imperfecto III 21, aoristus — aoristo VI 2, VIII 17—19, praesens historicum — aoristo VIII 57—59, III 27—28. Aoristo respondet imperfectum IV 76—77, quo loco *παρεσκευάσθη* aoristus excipitur *παρεσκευάζετο* imperfecto, quod fortasse ita explicari potest, ut statuamus ea quae Athenienses contra Siphos, Chaeroneam, Delium oppida pararent, peracta non fuisse. Permutato ordine tempora videmus posita V 69, 1 — V 69, 2 *παραινήσεις καθ' ἑκάστοις ἐπὶ τῶν οἰκείων στρατηγῶν τοιαῦτα ἐγίνοντο τοῖς μὲν Ἀργείοις καὶ Ξυμμάχοις τοιαῦτα παρηρέθη*: unumquemque ducum apud milites suos — Mantineenses, Argivos, Athenienses — cohortandi causa contionatum esse *ἐγίνοντο* imperfecto scite expressum mihi videtur, cum *παρηρέθη* aoristo tamquam puncta cohortationis comprehendantur. Plusquamperfectum videmus respondere plusquamperfecto IV 31, 2 in. — IV 31, 2 fin. *ὣδε γὰρ διετετάχματο — οὕτω μὲν τεταγμένοι ἦσαν*, ubi praesidia in insula Pylo, priusquam Cleo ad eam accederet, iam constituta fuisse scriptor notare vult. Alio quoque loco plusquamperfectum positum est V 80 in. *Αἱ μὲν σπονδαὶ καὶ ἡ Ξυμμαχία αὐτῇ ἐγεγένητο*, quibus verbis ea quae continentur capp. 76—79 comprehenduntur. Hoc loco autem, id quod raro in usum venit, verbis concludentibus similia non respondent: Et condiciones pacis Argivis a Lacedaemoniis latis et societatem armorum Lacedaemoniis ab Argivis constitutam, priusquam diiudicaretur utrum reicienda essent necne, iam litteris expressa fuisse Thucydides *ἐγεγένητο* plusquamperfecto significare voluisse mihi videtur.

Iam afferendi sunt loci, in quibus pauca quae exposita sunt comprehenduntur: III 52 *προςπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἐκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ δικασταῖς ἐκείνοις χρῆσασθαι, τοὺς τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ οὐδένα· τοσαῦτα μὲν ὁ κήρυξ εἶπεν*, IV 106

ἐπειδὴ καὶ τὸ πλῆθος ἐώρων τετραμμένον καὶ τοῦ παρόντος Ἀθηναίων στρατηγοῦ οὐκέτι ἀκρωμένον, ἐγένετο ἡ ὁμολογία καὶ προσεδέξαντο ἐφ' οἷς ἐκήρυξε. καὶ οἱ μὲν τὴν πόλιν τοιοῦτω τρόπῳ παρέδωσαν, VII 8 σπείσαντες τοὺς ξυμμαχούς ἀπέκτειναν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοιαύτη ἢ ὅτι ἐγγύτατα τούτων αἰτία ἐτεθνήκει.

Semper fere pauca quae allata sunt a scriptore comprehenduntur, cum socii civitatum enumerantur, e. gr. II 9: Λακεδαιμονίων μὲν οἶδε ξύμμαχοι· Πελοποννήσιοι . . . Βοιωτοὶ, Φωκῆς, Λοκροί· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις πεζὸν παρεῖχον. αὕτη Λακεδαιμονίων ξυμμαχία· Ἀθηναίων δὲ Χιοὶ, Λέσβιοι, Πλαταιεῖς, Μεσσίγιοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ . . . Κερκυραῖοι, . . . οἱ δ' ἄλλοι πεζὸν καὶ χεῖματα. ξυμμαχία μὲν αὕτη ἐκατέρων καὶ παρασκευὴ ἐς τὸν πόλεμον ἦν.

Thucydidi quoque saepe difficultatem transitus ad sequentia faciendi obviam esse factam probatur exemplis modo laudatis, in quibus etiam tum cum pauca exposuerat verba concludentia inseruit.

Raro ea quae exposita sunt ita comprehenduntur, ut simul aliquid novi afferatur, velut III 98 ἀπέθανον δὲ τῶν τε ξυμμαχίων πολλοὶ καὶ αὐτῶν Ἀθηναίων ὀπίσκειται περὶ εἴκοσι μάλιστα καὶ ἑκατόν. τοσοῦτοι μὲν τὸ πλῆθος καὶ ἡλικία ἢ αὐτῇ οὕτοι βέλτιστοι δὲ ἄνδρες ἐν τῇ πολέμῳ τῷδε ἐκ τῆς Ἀθηναίων πόλεως διεφθάρησαν.

Quotiescunque Thucydides oratione recta sive obliqua usus ea, quae aliquis dixit vel monuit, comprehendit, duas init rationes, ut ad antecedentia legentes releget: aut utitur forma participii — sive coniuncti sive absoluti — aut ponit enuntiatum primarium. Ex locis, in quibus participium coniunctum positum est, nonnulli afferantur: VI 50 Λάμαχος μὲν ταῦτα εἰπὼν ὅμως προσέθετο καὶ αὐτὸς τῇ Ἀλκιβιάδου γνώμῃ, VI 69 Ὁ μὲν Νικίας τοιαῦτα παρακελευσάμενος ἐπήγε τὸ στρατόπεδον εὐθύς, quae verba nos relegant ad cap. 67 fin. ὁ Νικίας . . . τοιάδε παρακελεύετο. cf. III 31, IV 115. 193, VII 69, VIII 64. Genetivus absolutus positus est IV 11 Τοσαῦτα τοῦ Δημοσθένους παρακελευσαμένου οἱ Ἀθηναῖοι ἐθάλασαν τε μᾶλλον καὶ ἐπικαταβάντες ἐτάξαντο παρ' αὐτὴν τὴν θάλασσαν, quae verba referenda sunt ad IV 9 fin. καὶ παρακελεύεσαστο τοιάδε, IV 65 Τοιαῦτα τοῦ Ἐρμοκράτους εἰπόντος πειθόμενοι οἱ Σικελιώται αὐτοὶ μὲν κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ξυνηρέθησαν γνώμῃ, quo loco pronomen τοιαῦτα respondet iis quae IV 58 fin. antecedunt: καὶ Ἐρμοκράτης — τοιούτους δὴ λόγους εἶπεν, VI 41 verba καὶ οἱ μὲν Συρακόσιοι τοσαῦτα εἰπόντος τοῦ στρατηγοῦ διελύθησαν ἐκ τοῦ ξυλλόγου referuntur ad verba eiusdem capituli ἔλεξε τοιάδε.

In omnibus fere his locis pronomen *τοιάδε* comprehenditur pronomine *τοιᾶντα* sive *τσαῦτα*; raro pronomen *τοιάδε* ad antecedentia nos relegat, velut VII 78: Ὁ μὲν Νικίας τοιάδε παρακελευόμενος ἅμα ἐπῆει τὸ σιγάτευμα.

Participium, id quod ex locis allatis perspicuum fit, Thucydides tum plerumque ponit, cum ea quae sequuntur cum antecedentibus arte conexas sunt, cum e. gr. is qui copiosius locutus est aliquod consilium init sive ii, apud quos orator verba fecit, verbis eius adducti consilium aliquod capiunt. Multis in locis, in quibus oratio comprehenditur, Thucydides enuntiatum primarium posuit, quod praecipue tum usu venit, cum aliquis verba fecit et post eum alius orationem habet; id si est, plerumque eadem fere verba leguntur: *Τοιαῦτα μὲν — εἶπε* similia, velut III 41 verba *Τοιαῦτα μὲν ὁ Κλέων εἶπε* nos relegant ad III 36 fin. *καὶ Κλέων παρελθὼν αὐτῷ εἶπε τοιάδε*, III 60 *Τοιαῦτα μὲν οἱ Πλαταιῆς εἶπον* referuntur ad III 52 fin. *ἐπελθόντες ἔλεγον τοιάδε*. cf. IV 93, VI 15. 19. 81. Pro pronomine *τοιᾶντα* saepius *τσαῦτα* positum invenimus, ut aliquem pauca (Classen in adnotatione ad VII 12, 1 sermone vernaculo vertit ‚soviel und nicht mehr‘) locutum esse significetur: IV 21 *Οἱ μὲν ὄν Λακεδαιμόνιοι τσαῦτα εἶπον*. cf. VI 35. 93. Raro ut V 113 *Οἱ μὲν δὲ Μήλιοι τσαῦτα ἀπεκρίναντο* particula *δὴ* apposita est, quae maiore vi antecedentia comprehendantur¹⁾.

Formulas una eademque ratione compositas Thucydides eum ad finem adhibet, ut ea quae anno vertente vel aestate gesta sunt concludat et ad sequentia transeat. Itaque in fine hiemis et aestatis eorum annorum quos descripsit verba quae forma constituta sunt poni videmus. Ut ea quae anno vertente gesta sunt comprehendat, saepius verba inter se simillima adhibet: II 103 fin. III 1 *καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα οὗτος, καὶ τρίτον ἔτος τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα τῷδε ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν. Τοῦ δ' ἐπιγεγομένου θέρους κτλ.* Eadem fere verba leguntur III 88 sq. IV 51 sq. IV 135 fin. V 1 in. V 51 sq. 56 sq. 83 sq. VI 7 sq. 93 sq. VII 18 sq. VIII 6 sq. 60 sq. Mirum est verbis annum secundum, tertium usque ad septimum, nonum, decimum sextum usque ad vicesimum comprehendentibus

¹⁾ Kühner, Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache ² illam *δὴ* particulam explicat his verbis pg. 681: ‚Da *δὴ* überall etwas bereits Erkanntes, Offenbares bezeichnet, so wird es sehr häufig so gebraucht, dass es auf vorher Genanntes oder Angeführtes hinweist. So oft bei Historikern, wenn sie nach Beendigung einer Erzählung das Ergebnis derselben kurz zusammenfassen.‘

(non semel igitur, sed duodecies) additum esse enuntiatum relativum ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψεν. Pro verbis καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα οὕτως legimus II 70 fin. ταῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο, quae posita mihi videntur concinnitatis causa, nam paulo ante II 68 fin. ea quae aestate primi anni facta sunt iisdem fere verbis τσαῦτα μὲν ἐν τῷ θέρει ἐγένετο comprehenduntur. cf. III 116 ταῦτα μὲν κατὰ τὸν χειμῶνα τοῦτον ἐγένετο. Decimus belli annus, quo bellum quod vocant Archidamium confectum est, peculiari modo a scriptore concluditur duobus locis V 20 κατὰ θέρη δὲ καὶ χειμῶνας ἀριθμιῶν, ὥσπερ γέγραπται, εὐρήσει, ἕξ ἡμισείας ἑκατέρου τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆν δύναμιν ἔχοντος, δέκα μὲν θέρη, ἴσους δὲ χειμῶνας τῷ πρώτῳ πολέμῳ τῆδε γεγενημένους, quibus verbis scriptor tamquam summam eorum quae antecedunt facit, et iterum V 24 post societatem inter Athenienses et Lacedaemonios factam: καὶ τὸ θέρους ἦρχε τοῦ ἐνδεκάτου ἔτους. ταῦτα δὲ τὰ δέκα ἔτη ὁ πρώτος πόλεμος ξυνεχῶς γενόμενος γέγραπται. Ea quoque quae aestate gesta sunt seorsum comprehenduntur plerumque verbis καὶ τὸ θέρους ἐτελεύτα. Τοῦ δ' ἐπιγεγομένου χειμῶνος κτλ. cf. III 86. 102, IV 49, V 12. 50. 75. 82. 115, VI 62, VII 9, VIII 1. 28. Alia verba comprehenduntur legimus II 68 fin. τσαῦτα μὲν ἐν τῷ θέρει ἐγένετο, V 35 τὸ μὲν οὖν θέρους τοῦτο ἡσυχία ἦν καὶ ἔροδοι παρ' ἀλλήλους (quo loco Thucydides illam per aestatem, id quod ceteris belli temporibus vix usu venit, indutias servatas esse notare vult), V 55 καὶ τὸ θέρους οὕτω διῆλθεν.

Ut intellegatur qua re adductus Thucydides in fine singulorum annorum vel aestatum illa verba concludentia posuerit, ante omnia respiciendum videtur scriptores veteres neque indicem librorum neque inscriptiones singularum partium novisse. Itaque vel maxime eorum intererat legentibus singulas librorum partes verbis concludentibus additis eximie notari.

Formulae ut res maiore circuitu relatae comprehendantur plerumque sensu certo sunt velut ταῦτα μὲν — γενόμενα vel οἱ μὲν — οὕτως ἔπρασσον. cf. III 50 fin. τὰ μὲν κατὰ Λέσβον οὕτως ἐγένετο, quibus verbis omnia comprehenduntur quae III 1—49 de Lesbo insula allata sunt, IV 41 fin. ταῦτα μὲν τὰ περὶ Πύλον γενόμενα quibus verbis quae capp. 26—41 de Pylo allata sunt comprehenduntur. cf. II 4 οἱ μὲν δὲ ἐν τῇ Πλαταίᾳ οὕτως ἐπεπράγασαν, II 97 in. τὰ μὲν πρὸς Θάλασσαν τσαύτη ἦν, III 114 fin. τὰ μὲν κατ' Ἀμπρακίαν οὕτως ἐγένετο, VII 87 ταῦτα μὲν τὰ περὶ Σικελίαν γενόμενα.

Interdum Thucydides maiorem narrationis partem generaliter ut ita dicam concludit, cum particulae eius seorsum comprehendantur, velut II 54 fin. ubi verbis *ταῦτα μὲν κατὰ τὴν νόσον γεγόμενα* ea, quae de pestilentia capp. 49—54 allata sunt, concluduntur, cum verbis cap. 51 *τὸ μὲν οὖν νόσημα — τοιοῦτον ἦν ἐπὶ πᾶν τὴν ἰδέαν* et cap. 54 in. *τοιούτῃ μὲν πάθει οἱ Ἀθηναῖοι περιπεσόντες ἐπιέζοντο* partes descriptionis notentur.

Orationes quae in Thucydidis opere leguntur semper fere ita dispositae sunt, ut raro formulae illae adhibeantur. Itaque hic illic in una alterave oratione verba illa concludentia nobis obviam fiunt, velut IV 62 in. *καὶ τὸ μὲν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους τοσοῦτον ἀγαθὸν εὖ βουλευομένοις εὐρίσκεται*. III 62 fin. in oratione Thebanorum verbis *καὶ τὰ μὲν ἐς τὸν μηδισμόν τοσαῦτα ἀπολογούμεθα* ea quae cap. 62 exposita sunt, in eadem oratione cap. 64 fin. verbis *τὰ μὲν οὖν ἐς τὸν ἡμέτερόν τε ἀκούσιον μηδισμόν καὶ τὸν ὑμέτερον ἐκούσιον ἀτικισμόν τοιαῦτα ἀποφραίνομεν* ea, quae capp. 62—64 (argumentum cap. 62 igitur iterum excipitur) exposita sunt, comprehenduntur. In oratione Alcibiadis VI 89—92 duobus locis ea quae antecedunt comprehenduntur: cap. 90 in. *καὶ τὰ μὲν ἐς τὰς ἐμὰς διαβολὰς τοιαῦτα ξυνέβη* et cap. 91 in. *Τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ νῦν οἰχομένου στόλου παρὰ τοῦ τὰ ἀκριβέστατα εἰδότες ὡς διενόηθημεν ἀκρηόατε*.

Afferendi denique loci sunt, in quibus duo oratores alter post alterum loquuntur, ita quidem ut id quod ille defendit hic redarguere studeat. Id si est, plerumque verba oratoris qui secundo loco loquitur comprehenduntur verbis *τοιαῦτα δὲ — εἶπε* vel *εἶπον*, velut III 49 *Τοιαῦτα δὲ ὁ Διόδωτος εἶπε*, III 68 *Τοιαῦτα δὲ οἱ Θηβαῖοι εἶπον*.

Videmus igitur Thucydidem quoque saepissime verba ad sententiam concludendam adhibuisse, imprimis in fine orationum et saepius Herodoto participii forma. Uterque pauca quoque quae exposita sunt comprehendit et raro novi aliquid affert illis formulis concludentibus omissis. Ut Herodotus ita Thucydides quoque ut illius generis verbis uteretur saepius adductus est difficultate transitus ad sequentia faciendi.

Cap. V.

De particulis in initio apodosis obviis.

Herodotum in periodis componendis singularem quandam inisse rationem, neminem effugiet qui historias eius perlegerit. Cum illius temporibus oratio soluta nondum exulta atque perpolita fuerit, quam ob rem eius dicendi genus ab Aristotele rhet. III 9 λέξις εἰρομένη vocatur, mirum non est saepius apud eum ut in Homeri carminibus multa enuntiata paratactice formata inveniri et periodos eius Homericis esse simillimas. Inde explicandum est apud Homerum ita ut apud Herodotum tot periodos in initio apodosis una alterave particula quae proprie abundat notatas inveniri et rarissime periodos sola logica ratione conformatas legi, et quod Classen¹⁾ de periodis Homericis exposuit, idem in Herodoteas quadrare mihi videtur; quare verba eius hic apponere libet: ‚Die vollkommene Periode ist einer chemischen Verbindung zu vergleichen, in welcher die Energie des logischen Bedürfnisses die Theile (Vorder- und Nachsatz) auch ohne ein sichtbares Band zu einem Ganzen verknüpft und eng gebunden hält: die lebendige Wirkung des Gedankens beruht nicht mehr auf den isolirten Theilen, sondern ihre Verbindung ist es eben, was dem Einzelnen wie dem Ganzen sein Leben giebt. In allen Sprachen hat daher auch die reifere Durchbildung des Gedankens je länger je mehr die äusserlichen Bindemittel zwischen der Protasis und Apodosis völlig abgeworfen und überlässt es einer verständigen Auffassung, das richtige Verhältniss zu erkennen.’

Iam videamus quaenam particulae et qua vi ab Herodoto in initio apodosis adhibeantur.

ὡς — οὕτω sive οὕτω δῆ.

In decem locis qui hic afferendi sunt uno legitur οὕτω, ceteris οὕτω δῆ. II 152 καὶ σφραγ μεγάλα ὑπισχνέμενος πείθει (Ψαμμίτιχος) μετ' ἑωντοῦ γενέσθαι· ὡς δὲ ἔπεισε, οὕτω ἅμα τοῖσι μετ' ἑωντοῦ βουλομένοισι Αἰγυπτίοισι καὶ τοῖσι ἐπικυρόισι καταίρει τοὺς βασιλέας. Brevis protasis, quae nos ad antecedentia relegat, comprehenditur particula οὕτω, ita ut hac nihil aliud significetur nisi a Psammitichotum demum, cum Aegyptios ad suam perduxisset voluntatem, reges

1) Beobachtungen über den Homerischen Sprachgebrauch, Frankfurt a. M. 1879.

expulsos esse. Notandum videtur in protasi et apodosi idem subiectum legi et in protasi aoristum, in apodosi praesens historicum positum esse. Tribus praetera locis qui huc referendi sunt I 190, VII 233, IX 86 protasi et apodosi subiectum commune est, ceteris locis I 173, II 2. 118, VII 155, IX 63. 70 subiecta sunt diversa; itaque ea quae Kleber¹⁾ exposuit *οὕτω* poni si subiectum apodosi et protasi idem sit non generatim dici posse videtur. Ut subiecta ita tempora quoque in illis locis varia sunt: I 173, IX 63. 70 in protasi et apodosi aoristus positus est, ut significetur ea quae apodosi continentur sequi tempus protasi designatum. Imperfectum in apodosi positum est aoristo in protasi antecedente, velut I 190, VII 155, ut verbo diutina repraesentatio (Gell. X 3, 12) attribuitur; nonnunquam autem imperfectum eadem vi atque aoristus positum est, velut VII 233 *Οἱ δὲ Θηβαῖοι, ὡς δὲ εἶδον, οὕτω δὲ πρότερον*.

Novem periodorum, quarum apodosi voculis *οὕτω δὲ* notata est, nonnullae ita explicandae sunt, ut *οὕτω δὲ* voculis ea quae protasi continentur a scriptore comprehendi statuamus, simulque monendum videtur illis particulis non inepte exprimi ea, quae apodosi afferuntur, tum demum usu venire posse, cum tempus quod protasi definitur peractum sit: I 173. 190, II 2. 118, VII 155; in aliis apodosi momentum grave sive inexpectatum inest: VII 233 *Οἱ δὲ Θηβαῖοι, ὡς δὲ εἶδον — οὕτω δὲ πρότερον καὶ ἦσαν*. cf. IX 63. 70.

Peculiari modo tractandus videtur locus ille IX 86 *ὡς δὲ σφι ταῦτα ἔδοξε, οὕτω δὲ ἑνδεκάτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς συμβολῆς ἀπικόμενοι ἐπολιόρχεον Θηβαίους*. Hoc enim loco particulae *οὕτω δὲ* non ad initium apodosi signandum positae sunt, sed habent vim correlativam, quare vertendum erit, ut iis placuit, ita — Thebanos obsidebant.

ὡς — *ἐνθαῦτα* sive *ἐνθαῦτα δὲ*.

Triginta periodorum, quae hic breviter tractandae erunt, viginti octo in apodosi habent particulam *ἐνθαῦτα*, duae particulas *ἐνθαῦτα δὲ*. Sex locis I 84, V 34. 92. 114, VI 109, IX 108 *ὡς* coniunctioni inest vis causalis, ceteris temporalis. Tempora in protasi et apodosi valde variantur. Imperfectum et in protasi et in apodosi legitur I 48. 80. 84. 126, VI 109, VIII 123. Imperfectum in protasi, praesens historicum in apodosi II 106, VIII 106. Aoristus — praesens

¹⁾ Die Rhetorik bei Herodot, I. Theil, Progr. Löwenberg 1889 pg. 21.

historicum VII 7, aoristus — imperfectum I 76, IV 92, VI 99, VIII 113. 123, aoristus — aoristus IV 197, plusquamperfectum — imperfectum VII 100, IX 33, imperfectum — aoristus V 104, VII 45, IX 82, plusquamperfectum — aoristus IX 76. Uno loco mirum in modum aoristo protasis respondet futurum apodosi VI 43 *ὡς δὲ παραπλώων τὴν Ἀσίην ἀπίκετο ὁ Μαρδόσιος ἐς τὴν Ἰωνίην, ἐνθαῦτα μέγιστον θῶμα ἔρῳ.* In omnibus fere locis imperfectum in protasi obviūm habet vim aoristi sive plusquamperfecti i. e. quae in protasi imperfecto afferuntur antecedunt iis quae in apodosi imperfecto sive aoristo sive praesenti historico annectuntur. Excepti sunt loci IX 82. 108. Quod ad structuram attinet, monendum videtur in compluribus locis particulam *ἐνθαῦτα* accuratius definiri sive circumscribi enuntiato temporali apposito, velut I 80 *ὡς δὲ καὶ συνήσαν ἐς τὴν μάχην, ἐνθαῦτα ὡς ὄσφραντο τάχιστα τῶν καμήλων οἱ Ἴππιοι καὶ εἶδον αὐτάς, ὀπίσω ἀνέστρεφον,* IV 97 *Δαρεῖος δὲ ὡς ἀπίκετο καὶ ὁ πεζὸς ἅμ' αὐτῷ στρατὸς ἐπὶ τὸν Ἰστρον, ἐνθαῦτα διαβάντων πάντων Δαρεῖος ἐκέλευσε — — ἐπεσθαι,* VII 7 *ὡς δὲ ἀνεγνώσθη Ξέρξης στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἐνθαῦτα δευτέρῳ μὲν ἔτει μετὰ τὸν θάνατον τὸν Δαρεῖου στρατῆρην ποιέεται ἐπὶ τοὺς ἀπεστεῶτας.* Uno loco (VIII 106) particulam *ἐνθαῦτα* in apodosi bis notatam invenimus.

Quodsi quem ad finem particulae *ἐνθαῦτα* δὴ sive *ἐνθαῦτα* ab Herodoto positae esse videantur quaerimus, tenendum est in plurimis eorum locorum quos supra attulimus nihil aliud nisi initium apodosi iis significari. Raro velut I 80, IX 76 particula *ἐνθαῦτα* aliquid magna cum vi sive praeter expectationem fieri significatur, id quod maxime quadrat in eos locos, quibus apodosi particulis *ἐνθαῦτα* δὴ notata est III 197, VI 111.

ὡς (ὕκως) — ἐνθεῦτεν sive *τὸ ἐνθεῦτεν.*

VII 225 *ὡς δὲ τοὺτους ἦκειν ἐπύθοντο οἱ Ἕλληνες, ἐνθεῦτεν ἤδη ἔτεροιοῦτο τὸ νεῖκος,* I 27 *ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατεστράφατο ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τὸ ἐνθεῦτεν ἐπενόεε νέας ποιησάμενος ἐπιχειρέειν τοῖσι νησιώτησι.* His locis particula *ἐνθεῦτεν*, cui in priore loco ἤδη vox apposita est, nulla alia de causa a scriptore videtur usurpata esse, nisi ut ea quae protasi afferuntur perfecta fuisse et apodosi momentum grave annecti cum vi quadam significetur. Praeterea duas alias periodos particula *ἐνθεῦτεν* notatas

inveni, in quibus apodosim tempore protasim sequi ἐνθεῦτεν voce significatur: I 75 ὡς δὲ ἀπίκετο ἐπὶ τὸν Ἄλυν ποταμὸν ὁ Κροῖσος, τὸ ἐνθεῦτεν, ὡς μὲν ἐγὼ λέγω, κατὰ τὰς εἰσάσας γεφύρας διεβίβασε τὸν στρατόν et VII 146. cf. I 162 (ubi legimus ὅπως — τὸ ἐνθεῦτεν), VI 14.

ὡς (ὅπως) — τηνικαῦτα.

IX 44 ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο — — τηνικαῦτα προσελάσας — — ἐδίξητο τοῖσι στρατηγοῖσι ἐς λόγους ἐλθεῖν. Particula τηνικαῦτα hoc loco aliquid praeter expectationem fieri exprimere mihi videtur.

I 17 ὅπως μὲν εἴη ἐν τῇ γῆ καρπὸς ἀδρός, τηνικαῦτα ἐξέβαλλε τὴν στρατιήν. Coniunctio ὅπως non nisi apud scriptores ionicos invenitur et apud Herodotum velut l. l. saepius eadem vi atque ὁπότε adhibetur. Τηνικαῦτα adverbium, quae inde ab Herodoto usitata forma est pro vetustiore τηνίκα, plerumque positum videmus in apodosi enuntiatī temporalis eum ad finem ut non solum antecedenti coniunctioni respondeat sed etiam aliquid certo tempore factum esse indicet.

ἐπεὶ, ἐπειδὴ — οὔτω δῆ.

Particulae οὔτω δῆ omnibus fere locis, quibus post protasim coniunctione ἐπεὶ sive ἐπειδὴ formatam initium apodosis significant, ea quae protasi afferuntur comprehendere videntur, ita ut idem fere valeant atque quae cum ita essent'. Compluribus locis voculis οὔτω δῆ quae commutatio rerum facta sit demonstratur, velut I 62 Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος, ἕως μὲν Πεισίστρατος τὰ χρήματα ἤγειρε καὶ μεταῦτις ὡς ἔσχε Μαραθῶνα, λόγον οὐδένα εἶχον, ἐπεῖτε δὲ ἐπύθοντο ἐκ τοῦ Μαραθῶνος αὐτὸν πορεύεσθαι ἐπὶ τὸ ἄστυ, οὔτω δῆ βοηθέουσι ἐπ' αὐτόν. Neglegendum non videtur loco allato verba ἕως μὲν — ἤγειρε καὶ μεταῦτις ὡς ἔσχε Μαραθῶνα nos relegare ad sequentia ἐπεὶ τε κτλ. Simili modo explicandi sunt loci VII 150. 158 ubi verba παραχορῆμα μὲν . . . ἐπεὶ δὲ — οὔτω δῆ et νῦν δὲ ἐπειδὴ — οὔτω δῆ inter se cohaerent.

ἐπεὶ — ἐνθαῦτα sive ἐνθαῦτα δῆ.

I 189 Ἐπεῖτε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐγένετο ἐπὶ Γύνδη ποταμῷ, τοῦ αἰ μὲν πηγαὶ ἐν Ματιηροῖσι οὔρεσι, ῥέει δὲ διὰ

Λαφονέων, ἐκδιδοὶ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγριν, ὃ δὲ παρὰ Ὠπιν πόλιν ῥέων ἐς τὴν Ἐρυθρὴν Θάλασσαν ἐκδιδοί, τοῦτον δὲ τὸν Γύνδην ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος ὄντα νησιπέδητον, ἐνθαῦτά οἱ τῶν τις ἱσίων ἵππων τῶν λευκῶν ὑπὸ ἕβριος ἐσβάς ἐς τὸν ποταμὸν διαβαίνειν ἐπειρᾶτο, ὃ δὲ μιν συμψήσας ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων.

Post protasim magno circuitu formatam et duabus partibus compositam, quarum prior coniunctione *ἐπεὶ* notata interrumpitur, descriptione geographica altera excipitur coniunctione *ὡς*, particula *ἐνθαῦτα* certe eo consilio a scriptore posita est, ut aliquid subito et praeter expectationem factum esse significet. Simili modo composita est protasis VIII 67, sed particula *ἐνθαῦτα* hoc loco nihil aliud spectare videtur, nisi ut antecedentia comprehendat, id quod de ceteris quoque periodis *ἐπεὶ* — *ἐνθαῦτα* vocibus formatis statuendum est: III 11, VII 211, VIII 27. 89, IX 98. Duobus locis IV 123, VI 16 particulas *ἐνθαῦτα* δὲ in initio apodosis legimus et comprobatum videmus quod supra monuimus momentum aliquid grave atque inexpectatum illis particulis inferri. Quod ad rationem temporum attinet, quae nobis locis allatis obviam fiunt, tenendum videtur, quod supra de periodis *ὡς* — *ἐνθαῦτα* vocalis formatis obiter attigimus, imperfectum ab Herodoto hic illic in enuntiatis secundariis aoristi vi usurpari. cf. III 11, VII 211, IX 98. Duas res eodem tempore factas esse significatur imperfecto in protasi et in apodosi posito, velut I 189, cum aoristus sequente aoristo vel praesenti vel imperfecto saepe eum ad finem a scriptore adhibeatur, ut ea quae protasi afferuntur antecedere apodosi exprimat. cf. VI 16, VIII 27. 67.

ἐπεὶ — καὶ δὴ καὶ τότε.

VII 1 *Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀγγελίη ἀπίκετο περὶ τῆς μάχης τῆς ἐν Μαραθῶνι γενομένης παρὰ βασιλέα Λαρεῖον τὸν Ὑστάσπεος καὶ πρὶν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι διὰ τὴν ἐς Σάρδεις ἐσβολήν, καὶ δὴ καὶ τότε πολλῇ τε δεινότερα ἐποίηε καὶ μᾶλλον ὤρητο στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.*

Dareum Hystaspis filium Atheniensibus propter impetum contra Sardes factum succensentem nuntio allato de clade ad Marathonem accepta maiore affectum esse ira maioreque cum studio bellum contra Graeciam parare particulis *καὶ δὴ καὶ τότε* in initio apodosis positus aptissime exprimitur. His particulis Herodotus legentes ad ea quae in sequentibus de magno apparatu belli et de numeratione magnarum copiarum terrestrium et navalium afferuntur

tamquam praeparare atque commonere vult, quae commutatio post cladem Marathoniam in Graecis bello persequendis sit consecuta.

ἐπεὶ — ἐνθ'εὔτεν, ἐνθ'εὔτεν ἤδη.

In duobus periodis ἐπεὶ coniunctione formatis apodosim ἐνθ'εὔτεν particula notatam videmus:

IV 85 Δαρείος δὲ ἐπεὶτε πορευόμενος ἐκ Σούσιων ἀπίκετο τῆς Καλχηδονίης ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἵνα ἔξενκτο ἢ γέφυρα, ἐνθ'εὔτεν ἐσβὰς ἐς νέα ἐπλωε ἐπὶ τὰς Κρανέας καλεσμένας

IX 102 ἐπεὶτε δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν προσεχέων ὁ στρατός ὅπως ἐωντῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ μὴ Λακεδαιμονίων, παρακλευσάμενοι ἔργου εἶχοντο προθυμότερον, ἐνθ'εὔτεν ἤδη ἕτεροιοῦτο τὸ πρῆγμα.

Apertum est priore loco particulam ἐνθ'εὔτεν vim habere localem eamque nihil aliud significare nisi Dareum simulatque Susis profectus Calchedonem Hellesponti pervenerit, illinc in navem egressum esse, cum altero loco particula ἐνθ'εὔτεν vim temporalem habeat, id quod iam ex ἤδη vocula addita apparet ideoque a scriptore posita esse videtur, ut demonstret in pugna Mycalensi, de qua illo loco agitur, aliquamdiu quidem paribus viribus dimicatum, Atheniensibus autem sociisque eorum inter se cohortantibus statum pugnae commutatum esse. Quam ob rem hic quoque statuendum erit, id quod iam supra pg. 48 de periodo VII 225, quo loco eisdem fere verbis apodosis formata est ἐνθ'εὔτεν ἤδη ἕτεροιοῦτο τὸ νεῖκος breviter attigimus, particula ἐνθ'εὔτεν ἤδη momentum grave atque magnum afferri.

ἐπειδὴ — νῦν ὦν.

IX 87 Ἄνδρες Θηβαῖοι, ἐπειδὴ οὕτω δέδοκται τοῖσι Ἕλλησι μὴ πρότερον ἀπαναστήραι πολιορκέοντας ἢ ἐξέλωσι θήβας ἢ ἡμᾶς αὐτοῖσι παραδώτε, νῦν ὦν ἡμέων εἵνεκεν γῆ ἢ Βοιωτῆ πλέω μὴ ἀνακλήση. Particulae νῦν ὦν, quoad equidem inveni, hoc uno loco apud Herodotum in initio apodosis leguntur; quem ad finem positae sint, ex conexu sententiarum apparet: Graeci eis qui pugna Plataeensi interfecti erant sepultis contra Thebas proficisci constituerunt, ut eos qui partibus Medorum studebant, inprimis Timagenidem et Attaginum, auctores angustias Cithaeronis occupandi, exposcerent. Cum Thebani illos tradere nollent, Graeci fines eorum vastaverunt atque muros oppugnabant. Vicesimo die Timagenides, ut oppugnationis finem

faceret, apud Thebanos convocatos (IX 87) 'Quoniam', inquit, 'Graeci constituerunt non prius recedere quam aut Thebas expugnaverint aut nos eis tradideritis, iam (i. e. illo ex tempore) nostra causa Boeotia amplius ne perpetiatur.' Quem conexum si respicimus, perspicuum fit particulas *ἄν ὧν* hoc loco minime abundare, sed idem fere valere atque adverbium *ἐνθ' ἔτεν* saepius in apodosi obvium. Timagenidis maxime intererat pronuntiare suum esse impedire ne Thebani, cum propter ipsum viginti per dies oppugnati essent, iam diutius vexarentur.

ἐπεὶ (ἐπειδὴ) — *πρὸς ταῦτα* sive *μετὰ ταῦτα* (αὐτίκα μετὰ ταῦτα) *ἐν τούτῳ* sive *ἐν τούτῳ τῇ χρόνῳ*.

Initium apodosis pronomine demonstrativo cui praepositio appositae est notatum non raro apud Herodotum legitur. Hoc loco breviter disputandum erit de periodicis *ἐπεὶ* sive *ἐπειδὴ* coniunctione formatis. Uno loco legimus in initio apodosis *πρὸς ταῦτα* (I 165), duobus locis *μετὰ ταῦτα* (V 55, VI 84), duobus locis *αὐτίκα μετὰ ταῦτα* (VIII 108, IX 93), duobus locis *ἐν τούτῳ* (VIII 37 in. et fin.), uno loco *ἐν τούτῳ τῇ χρόνῳ* (IX 56), duobus locis *ἐν τούτῳ (δὴ) τῇ καιρῷ* (V 97, VIII 87). Quaeritur quam ob causam pronomina illa cum praepositione coniuncta a scriptore in initio apodosis posita esse videantur. Perlustrantes eos quos modo attulimus locos facile inveniemus voculis illis interpositis rationem inter protasim et apodosim dilucidius significari: velut ea quae apodosi afferuntur protasim (extemplo) sequi, in initio apodosis *μετὰ ταῦτα* (αὐτίκα μετὰ ταῦτα) voculis exprimitur, ea quae protasi et apodosi continentur uno eodemque tempore facta esse *ἐν τούτῳ* (id quod idem valet atque *ἐν τούτῳ τῇ χρόνῳ*) sive *ἐν τούτῳ (δὴ) τῇ καιρῷ* sive *ἐν τούτῳ τῇ χρόνῳ* demonstratur; contra eo loco quo *ἐπεὶ* coniunctioni vis causalis inest, in initio apodosis positas videmus voces *πρὸς ταῦτα*, ita ut eis causa quae protasi continetur tamquam comprehendatur. Quod ut ostendamus, nonnullos locos hic ascribere libet:

I 165 *Οἱ δὲ Φωκαῖες, ἐπεὶ τέ σφι Χίῳ τὰς νήσους τὰς Οἰνούσας καλεομένας οὐκ ἐβούλοντο ὠνεομένοισι πωλεῖν δεμιαίνοντες, μὴ αἱ μὲν ἐμπόριον γένωνται, ἣ δὲ αὐτῶν νήσος ἀποκληῖσθῆ τούτου ἐνεκεν, πρὸς ταῦτα ἐπέλλοντο ἐς Κύρον*

V 55 *Ἐπεὶ Ἰππαρχὸν τὸν Πεισιστράτου, Ἰππλεὼ δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεόν, ἰδόντα ὄψιν ἐνυκτίου [τῇ ἑωρτοῦ πάθει] ἐναργεστάτην κτείνουσι Ἀριστογείτων καὶ Ἀρμόδιος γένος ἕοντες τὸ ἀνεκαθεῖν*

Γεφυραῖοι, μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἕτεα
τέσσαρα οὐδὲν ἔσσαν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ

VIII 108 ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο τὰς νέας οἰχωκίας, αὐτίκα μετὰ
ταῦτα ἐδόκεε ἐπιδιώκειν

VIII 37 fin. ἐπεὶ γὰρ δὴ ἦσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἰσθμὸν
τῆς Προηγῆς Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κερανοὶ
αὐτοῖσι ἐνέπιπτον

Quod ad tempora locis allatis posita attinet, notandum est
V 55 in protasi legi praesens aoristi sive plusquamperfecti vi, cum
in ceteris periodis μετὰ ταῦτα vocibus notatis (VIII 108, IX 93)
in protasi aoristus positus sit (cf. VIII 110 ubi in protasi ὡς con-
iunctione formata, quam αὐτίκα μετὰ ταῦτα voces sequuntur, plus-
quamperfectum ἀνεγνωσμένοι ἦσαν legitur). Eis locis quibus initium
apodosis ἐν τούτῳ sive ἐν τούτῳ (δὴ) τῷ καιρῷ sive ἐν τούτῳ τῷ
χρόνῳ vocibus notatum est, in protasi imperfectum, cui in apodosi
imperfectum sive praesens respondet, positum esse per se patet;
excepta est periodus VIII 87 ἐπειδὴ γὰρ ἐς θόρυβον πολλὸν ἀπίκετο
τὰ βασιλεὺς πράγματα, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἡ νῆς ἡ Ἀρτεμισίης
ἐδιώκετο ὑπὸ νεὸς Ἀττικῆς, ubi aoristo antecedente voces ἐν τούτῳ
τῷ καιρῷ idem significare videntur atque illo discrimine temporis'.

ἐπεὶ — τότε.

Periodorum ἐπεὶ coniunctione formarum septem apodosim
notatam habent vocula τότε: I 21, II 14. 149, III 27. 153, VII
77. 209, ita quidem ut omnibus locis coniunctio vim temporalem
habeat simulque quatuor locis II 14. 149, III 27, VII 209 cum
iterativo respondeat. Tempora in protasi a scriptore variantur:
coniunctivum praesentis positum videmus II 149, VII 209 ut actionem
durare significetur, coniunctivum aoristi I 21, II 14, III 27. 153,
VII 77 ut ea quae protasi continentur apodosi antecedere exprimat.
Uno loco ἐπεὶ coniunctioni vocula πὲρ addita est III 153 ὅς κατ'
ἀρχὰς ἔφησε, ἐπεὶ πὲρ ἡμίονοι τέλωσι, τότε τὸ τεῖχος ἀλώσεσθαι,
quo loco ἐπεὶ πὲρ vertendum erit 'wenn einmal' sive 'wenn anders'.
Quod supra de τότε vocula in initio apodosis obvia monuimus, idem
quadrare videtur in locos quos modo commemoravimus: τότε vocula
et temporis momentum, ad quod apodosis nos relegat, tamquam com-
prehenditur et maiore cum vi significatur.

ἐπεάν — τότε ὦν.

Duobus locis τότε particulae ὦν vocula in initio apodosis apposita est:

I 182 καὶ κατὰ περ ἐν Πατάροισι τῆς Λυκίης ἡ πρόμαντις τοῦ Θεοῦ, ἐπεὰν γένηται· οὐ γὰρ ὦν αἰεὶ ἐστι χρηστήριον αὐτόφιν· ἐπεὰν δὲ γένηται, τότε ὦν συγκατακληῖται τὰς νύκτας ἔσω ἐν τῇ νηϊ

II 132 ἐκφέρεται δὲ ἐκ τοῦ οἰκήματος ἀνά πάντα τὰ ἔτεα, ἐπειὴν τύπτονται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ οὐνομαζόμενον Θεὸν ὑπὲρ ἐμεῦ ἐπὶ τοιοῦτον κρήγματι, τότε ὦν καὶ τὴν βουὴν ἐκφέρουσι ἐς τὸ φῶς.

Priore loco (I 182) ὦν vocula ideo a scriptore posita esse videtur, ut conexus sententiarum parenthesi interruptus restituatur, altero loco (II 132) explicari potest peculiari Herodoti genere dicendi: enuntiatio primaria ἐκφέρεται κτλ. enuntiatione secundaria annexa repetitur aliis verbis.

ἐπεάν — ἐνθαῦτα.

II 68 ἐπεὰν γὰρ ἐς τὴν γῆν ἐκβῆ ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κροκόδειλος καὶ ἐπειπεν χάνῃ (ἔωθε γὰρ τοῦτο ὡς ἐπίπταν ποιέειν πρὸς τὸν ζέφυρον) ἐνθαῦτα ὁ τρόχιλος ἐσθύνων ἐς τὸ στόμα αὐτοῦ κατακίνει τὰς βδέλλας. Adverbium ἐνθαῦτα in initio apodosis positum idem valere videtur atque 'illo temporis momento'.

ἐπεάν — τὸ ἐνθεῦτεν.

I 9 ἐπεὰν δὲ κατὰ νότου τε αὐτῆς γένη, σοὶ μελέτω τὸ ἐνθεῦτεν, ὅπως μὴ σε ὄψεται ἰόντα διὰ θυρέων

III 98 ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμῆσονται καὶ κόψωσι, τὸ ἐνθεῦτεν φορομοῦ τρόπον καταπλέξαντες ὡς θώρηκα ἐνδύνοισι.

Adverbium ἐνθεῦτεν, cui saepius articulus additur, proprie vim habet localem, nonnunquam imprimis in initio apodosis, ut I 9, vim temporalem, ita ut respondeat adverbio latino 'hinc' et id quod quadrat in locum I 9 subaudienda sit vis quam habet 'confestim' adverbium. At III 98 τὸ ἐνθεῦτεν adverbium prorsus abundare nihilque aliud nisi initium apodosis notare et id quod per se patet significare videtur ea quae protasi afferuntur antecedere apodosi.

ἔπεάν τάχιστα — ἐνθεῦτεν ἤδη.

VII 129 ἔπεάν δὲ συμμιχθεῖσι τάχιστα, ἐνθεῦτεν ἤδη ὁ Πηγεῖος τῷ οὐνόματι κατακρατέων ἀνωμόμους τοὺς ἄλλους ποιέει εἶναι. Adverbium τάχιστα quod ἔπεάν coniunctioni additum est nos docet ea quae apodosi afferuntur protasim tempore extemplo sequi, id quod corroboratum est ἤδη particula in initio apodosi posita. Vix autem diiudicari potest, utrum ἐνθεῦτεν vim temporalem an localem habeat; equidem autumaverim et unam et alteram significationem hic statui posse.

ἔπεάν — τὸ ἀπὸ τούτου.

II 14 ἔπεάν σφι ὁ ποταμὸς ἀντόματος ἐπελθὼν ἄρση τὰς ἀρούρας, ἄρσας δὲ ἀπολλήτη ὀπίσω, τότε σπείρας ἕκαστος τὴν ἐσωτοῦ ἄρουραν ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν ὕς, ἔπεάν δὲ καταπατήση τῆσι ὑστὶ τὸ σπέρμα, ἀμητον τὸ ἀπὸ τούτου μένει, ἀποδινήσας δὲ τῆσι ὑστὶ τὸν σίτον οὔτω κομίζεται. Notandum est in hac periodo tribus membris composita initium apodosi ter — τότε — τὸ ἀπὸ τούτου — οὔτω significari. Vocula τότε id quod supra breviter attigimus ea quae protasi continentur tamquam comprehenduntur, τὸ ἀπὸ τούτου vocibus Herodotus exprimere videtur Aegyptios postquam sues campis ad semina deprimenda in solo madido immiserint nihil aliud curare nisi ut inde sive illo ex tempore (ita ut τὸ ἀπὸ τούτου idem fere valeat atque τὸ ἐνθεῦτεν) tempus fruges metendi exspectent, cum οὔτω particula in fine periodi tempus peractum, quod participio ἀποδινήσας exprimitur, accuratius definiatur.

ὅτι — αὐτίκα μετὰ ταῦτα.

VIII 124 ὅτι δὲ νικέων οὐκ ἐτιμήθη πρὸς τῶν ἐν Σαλαμίνοι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπέκετο τιμηθῆναι. Ut ea quae apodosi continentur statim protasim sequi exprimatur, a nostro saepe voculae αὐτίκα μετὰ ταῦτα in initio apodosi ponuntur, velut l. l. Itaque non tam logicorum rationi, ut ceteris plurimis locis una alterave particula notatis, quam temporum rationi, quae inter protasim et apodosim intercedit, illae voculae debentur.

ἐν ᾧ — ἐν τούτῳ sive ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ.

IV 95 ἐν ᾧ δὲ ἐποίησε τὰ καταλεχθέντα καὶ ἔλεγε ταῦτα, ἐν τούτῳ κατάγειον οἴκημα ἐποίηετο

IX 23 ἐν ᾧ δὲ ὁ πειζὸς ἅπας ἐβώθηε, ἐν τούτῳ μάχη ὄξεα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται

V 108 ἐν ᾧ δὲ ἡ ἀγγελίη τε περὶ τῶν Σαρδίων παρὰ βασιλέα ἀνήϊε καὶ Δαρεῖος τὰ περὶ τὸ τόξον ποιήσας Ἰστιαίῳ ἔς λόγους ἦλθε καὶ Ἰστιαῖος μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου ἐκομίζετο ἐπὶ θάλασσαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ ἐγίνετο τάδε.

Ea quae protasi et apodosi a scriptore afferuntur uno eodemque tempore facta esse sive actionem protasis incidere in actionem apodosis saepius expressum videmus voculis ἐν ᾧ quibus respondet ἐν τούτῳ sive ut dilucidius significetur ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ. Quod ad tempora in illis periodis obvia attinet, consentaneum est ea ita inter se respondere, ut e. gr. IV 95 in protasi et apodosi imperfectum ponatur, vel IX 23 ut actio praeterita tamquam praesens sub oculis legentium subiciatur praesens historicum usurpetur. Quam ob causam Herodotus V 108 in temporum usu ita variaverit, ut in protasi ἀνήϊε et ἐκομίζετο imperfecta, ἦλθε aoristum, in apodosi imperfectum posuerit, ex conexu sententiarum perspicuum fit: ἀνήϊε-ἐκομίζετο — ἐγίνετο imperfecta actionem durare, ἦλθε aoristus actionem breve temporis spatium complecti significat. Notandum denique videtur in his quoque periodis, ut VIII 124, id quod supra monuimus, Herodotum voculis in initio apodosis positis non tam logicae quam temporum rationi inservisse.

Restat ut pauca proferamus de periodis, quarum protasis formata est participio sive coniuncto sive absoluto. Sufficiat monuisse in talibus quoque periodis plerumque illas particulas nobis obviam fieri, quae alias in initio apodosis leguntur, velut οὕτω sive οὕτω δῆ: I 64. 84. 116. 123. 137, II 100. 154. 169, III 11. 56, IV 124. 147. 167. 179, V 37. 86, VI 61, VII 119. 205, VIII 23. 40. 61. 84. 111. 118. 132. 137, IX 35. 49. 70. 103. τότε, καὶ τότε, δὴ τότε: I 73. 96, II 177 quo loco legimus Ἐπ' Ἀμᾶσιος δὲ βασιλέος λέγεται Αἴγυπτος μάλιστα δὴ τότε εὐδαμονῆσαι; verba Ἐπ' Ἀμᾶσιος δὲ βασιλέος idem valent atque Ἀμᾶσιος δὲ βασιλεύοντος. ἐνθαῦτα: I 80. 82, V 1. 77. 112. 119, VI 4. 23. 39. 66, VII 145. 154, IX 97, ἐνθαῦτα δῆ: III 128. 158, πρὸς ταῦτα II 54, μετὰ ταῦτα VIII 25. 71. 136, τὸ ἀπὸ τούτου VIII 23, ἐν τούτῳ δῆ τῷ καιρῷ V 97. Duobus locis inveni particulas quae post protasim coniunctione formatam ab Herodoto adhibiti non sunt:

πρὸς ταῦτα δὴ ὦν V 124 Ἀλισκομένων δὲ τῶν πολλῶν, ἦν γὰρ, ὡς διέδεξε, Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος ψυχὴν οὐκ ἄκρος, ὅς ταράξας τὴν Ἰωνίην καὶ ἐγκερασάμενος πρήγματα μεγάλα δρησιμὸν ἐβούλευε, ὁρέων ταῦτα, πρὸς δὲ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐφαίνετο βασιλέα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι, πρὸς ταῦτα δὴ ὦν συγκαλέσας τοὺς συστιασιώτας ἐβουλεύετο. Post protasim Ἀλισκομένων δὲ τῶν πολλῶν oratio interrumpitur verbis ἦν γὰρ — ὑπερβαλέσθαι parenthesis forma interpositis, ita ut apodosis demum ab verbis πρὸς ταῦτα δὴ ὦν incipiat. Verba πρὸς ταῦτα et temporalem et causalem vim habent et nos relegant ad antecedentia ὁρέων ταῦτα, cum voculis δὴ ὦν narrationem unde digressa sit redire significetur. Itaque verba πρὸς ταῦτα δὴ ὦν non logicae rationi sed periodo minus concinne formatae debentur. κατὰ τοῦτο II 169: καὶ ἐμαχέσαντο μὲν εἴ οἱ ξεῖνοι πλήθει δὲ πολλῶν ἐλάσσονες ἔοντες κατὰ ταῦτο ἐσιώθησαν. Verba κατὰ τοῦτο hoc loco significant 'propter hoc' et 'idem fere', ut Schweighaëuser¹⁾ dicit, valent ac διὰ τοῦτο, sicut Gallice dicimus 'Par rapport à cela' pro 'à cause de cela.' Post protasim brevem, cui vis causalis inest, illa verba ab Herodoto posita esse videntur, ut socios regis Aegyptii, quamvis fortiter pugnavissent, nulla alia de causa victos esse nisi quod hostibus numero multo inferiores essent, plane ac dilucide exprimeret. Multis aliis quoque locis Herodotus verba κατὰ τοῦτο ita usurpat ut designent 'propter hoc', velut I 142, III 137, V 3, VI 44, VIII 30, IX 109, sed nullo alio loco nisi supra laudato, quoad equidem vidi, protasis sive participio sive coniunctione formata antecedit.

Apodosim bis notatam invenimus VI 36: Κελευούσης δὲ καὶ τῆς Πυθίης, οὕτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου, Ὀλύμπια ἀναραιορικῶς πρότερον τούτων τεθρόμενον, τότε παραλαβὼν Ἀθηναίων πάντα τὸν βουλούμενον μετέχειν τοῦ στόλου ἐπλωε ἅμα τοῖσι Δολόγχοισι, καὶ ἔσχε τὴν χώραν.

Uno loco IX 19 initium apodosis forma epanalepsis signatum est: ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίας ἐς Ἐρυθρὰς, ἔμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ στρατοπεδευομένους, φρασθέντες δὲ τοῦτο ἀντετάσσοντο ἐπὶ τῆς ὑπωρέης τοῦ Κιθαιράωνος.

Raro apodosis protasi annectitur omissa una alterave vocum quas supra attulimus, velut in brevibus periodis post coniunctionem ἐπεὶ IV 124, VII 163, IX 13, post coniunctionem ὡς VI 43. In periodis quoque quae maiore circuitu sunt formatae particula in

¹⁾ Lexicon Herodoteum s. v. κατὰ num. 8.

initio apodosis omittitur, velut post coniunctionem ὡς VIII 126, post genetivum quem vocant absolutum VII 158.

Venio ad particulas apud Thucydidem in initio apodosis obvias.

ὡς — οὕτω δῆ.

II 12 ὡς δὲ ἀρίκετο ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ ἔγνω ὁ Ἀρχίδαμος ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι οὐδὲν πῶ ἐνδύσουσιν, οὕτω δῆ ἄρας τῷ στρατιῷ προὔχωρει ἐς τὴν γῆν αὐτῶν. Quid particulae οὕτω δῆ loco allato significant, ex conexu sententiarum perspicuum fit. Archidamus Melesippum Athenas miserat, ut Lacedaemonios obsequi cogeret. Cum Melesippus ab Atheniensibus non receptus sed ex finibus missus in castra revertisset et quae ab Atheniensibus passus esset exposuisset, (tum demum) Archidamus ratus Athenienses cessuros non esse castra movit, ut in agros eorum proficisceretur. Videmus igitur vocolas οὕτω δῆ eum ad finem a scriptore positas esse, ut dilucide exprimeret et vi quadam significaret Archidamum, priusquam propius Athenas accederet, nihil inexpertum omisisse, ut Athenienses ad obsequium deduceret. Simili modo explicari potest VIII 71 ὡς δὲ προσέμιξέ τε ἔγγυς καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μὲν ἔνδοθεν οὐδ' ὀπισθεῖον ἐκίνησαν — — ἐκράτησαν, οὕτω δῆ γνούς ἀπήγαγε πάλιν τὴν στρατιάν.

ὡς — ἐνταῦθα sive ἐνταῦθα ἤδη.

VI 60 καὶ ὡς αὐτῶν διὰ τὸ τοιοῦτον ὀργιζομένων πολλοὶ τε καὶ ἀξιόλογοι ἄνθρωποι ἤδη ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ ἦσαν καὶ οὐκ ἐν καύλῃ ἐφαίνετο, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ἐπεδίδουσαν μᾶλλον ἐς τὸ ἀγριώτερόν τε καὶ πλείους ἔτι ξυλλαμβάνειν, ἐνταῦθα ἀναπείθεται εἰς τῶν δεδεμένων. Particulam ἐνταῦθα, cui proprie vis localis inest, hic autem ad tempus referenda est, certe Thucydides in initio huius apodosis posuit, ut et ea quae protasi allata sunt comprehenderet tamquam epanalepsis forma et ἀναπείθεται verbum maioris momenti esse significaret, quare particula vertenda videtur illo discrimine temporis. IV 35 ὡς δὲ ἐνέδοσαν, ἐνταῦθα ἤδη πολλῶν ἔτι πλείονι βοῇ τεθαρσηκότες οἱ ψιλοὶ ἐπέκειντο, καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ὅσοι μὲν ἐποχωροῦντες ἐγκατελαμβάνοντο, ἀπέθνησκον. Particulae ἐνταῦθα ἤδη quae protasim brevi circuitu formatam sequuntur tamquam praenuntiant miri aliquid praeter expectationem accidere.

ὥς — ὕστερον δὴ.

III 51 ὥς δὲ τοῦτο ἐξεργάσαντο ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, ὕστερον δὴ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τεῖχος ἐγκαταλιπὼν καὶ φρουρὰν, ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ. Niciam tum demum cum id quod voluerat peregisset praesidio relicto ex insula Minoa in quam profectus erat se recepisse particulis ὕστερον δὴ significatum est.

ὥς — τότε δὴ.

IV 127 καὶ ὥς αὐτοῖς αἱ τε ἐκδρομαὶ ὅτιη προσπίπτουεν ἀπύκτων καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς λογάδας ἐπιχειμένους ὑφίστατο, τῇ τε πρώτῃ ὁρμῇ παρὰ γνώμην ἀντέστησαν καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιπερομένους μὲν δεχόμενοι ἡμύοντο, ἡσυχάζοντων δὲ αὐτοὶ ἐπεχώρουν, τότε δὴ τῶν μετὰ τοῦ Βρασίδου Ἑλλήνων ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων ἀπέσχοντο. Ea quae protasi quinque praedicatis formata continentur praeter barbarorum expectationem eveniunt; hi enim Brasidam cum Lacedaemoniis ipsorum aspectu terribili statim se recepturos esse speraverant et nulla re opus esse iudicaverant nisi Brasidam fugientem comprehendere, sed Lacedaemonii adeo non fugerunt, ut persequentes fortissime sustinerent, itaque scriptor, ut barbaros praeter opinionem coactos esse desistere ab hostibus persequendis significaret, in initio apodosis particulas τότε δὴ non inepte posuit.

ὥς — τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον.

II 84 ὥς δὲ τό τε πνεῦμα κατήει καὶ αἱ νῆες ἐν ὀλίγῳ ἤδη οὔσαι ἐπ' ἀμφοτέρων τοῦ τε ἀνέμου τῶν τε πλοίων — — τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον σημαίνει (scil. Φορμίων): Particulae τότε δὴ quae quasi explicatae sunt verbis additis κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον nos monent a Phormione signum proelii suo tempore datum esse i. e. tum cum naves Peloponnesiorum vento ex sinu orto in angustias redactae ancipiti premerentur periculo. Apertum est inter hanc periodum et IV 127 similitudinem quandam intercedere, cum in utraque τότε δὴ particulis protasis satis magno circuitu formata comprehendatur et magnum discrimen temporis notetur, ita tamen ut priore loco aliquid praeter expectationem, posteriore id quod provisum erat fieri significetur.

ὥς — ἐν τεῦθεν δὴ.

II 74 ὥς δὲ (scil. τάδε) ἀπεζήναντο, ἐν τεῦθεν δὴ πρῶτον μὲν ἐς ἐπιμαρτυρίαν καὶ θεῶν καὶ ἡρώων τῶν ἐγχωρίων Ἀρχίδαμος βασιλεὺς

κατέστη, λέγων ὧδε. Particula ἐντεῖθεν cui non minus quam ἐνταῦθα vis localis inest hic et ad tempus spectare et causam continere videtur. Archidamus apud legatos Plataeensium, quorum agros vastaturus erat, saepius verba fecerat et ab eis ut ad neutram factionem se accingerent postulaverat. Sed cum ex eis quae legati Plataeensium re cum Atheniensibus communicata rettulerant se id quod intendebat assecuturum non esse intellexisset — haec enim sententia inest protasi ὡς δὲ ἀπεκρίναντο deos et heroes patrios contestatus Plataeenses a societate in quam iuraverant defecisse exclamavit.

ἐπειδὴ¹⁾ — δὴ.

V 63 ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ Ὀρχομενοῦ ἠγγέλλετο ἐαλωκέναι, πολλῶ δὴ μᾶλλον ἐχάλεπαινον

VI 61 ἐπειδὴ τὸ τῶν Ἐρμιῶν ἦντο σαφὲς ἔχειν, πολὺ δὴ μᾶλλον καὶ τὰ μυστικά, ὧν ἐπαίτιος ἦν, μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου καὶ τῆς ξυνομοσίας ἐπὶ τῇ δήμῳ ἀπ' ἐκεῖνου ἐδόκει παραθῆναι

VIII 89 Οἱ δ' ἐκ τῆς Σάμου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες πρέσβεις ἐπειδὴ ἀρικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπήγγειλαν τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου . . . πολλῶ δὴ μᾶλλον ἐπέρρωσαν.

Quod Hartungius²⁾ dicit particula δὴ significari ‚keckes, ungehindertes Eintreten einer Erscheinung, überraschende Verwirklichung‘ id in tres illos locos quos modo attulimus quadrare videtur, praesertim cum particula δὴ amplificetur vel potius corroboretur vocibus πολὺ sive πολλῶ μᾶλλον appositis.

ἐπειδὴ — οὔτω δὴ.

I 131 ἐπειδὴ τῇ Ἐρμιονίδι νῆϊ τὸ δεύτερον ἐκπλεύσας οὐ κελευσάντων αὐτῶν τοιαῦτα ἐφαίνετο ποιῶν, καὶ . . . ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῶ τὴν μονὴν ποιούμενος, οὔτω δὴ οὐκέτι ἐπέσχον. Particulae οὔτω δὴ in initio apodosis positae suam quaeque vim habent: οὔτω particula ea quae in protasi allata sunt comprehenduntur, ita ut οὔτω idem fere significet ac

¹⁾ Memoratu dignum videtur a Thucydide ἐπειδὴ coniunctionem saepius usurpari quam ἐπεὶ, id quod ex indice Thucydideo confecto ab Esseno apparet.

²⁾ In libro qui inscribitur ‚Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache‘ I p. 258.

τοιούτων δὲ γεγενημένων, δὴ particula exprimitur ea quae apodosis continentur statim et quasi lege necessitatis fieri. cf. II 19. 70. 83, III 98.

ἐπειδὴ — ἐνταῦθα.

V 65 οἱ δ' Ἀργεῖοι καὶ οἱ Ξύμμαχοι τὸ μὲν πρῶτον καταπλάγνυτες τῇ ἐξ ὀλίγου αἰφνιδίῳ αὐτῶν ἀναχωρήσει οὐκ εἶχον ὅτι εἰκάσωσιν· εἴτ' ἐπειδὴ ἀναχωροῦντες ἐκεῖνοί τε ἀπέκρουσαν καὶ σφεῖς ἠσυχάζον καὶ οὐκ ἐπεηκολούθουν, ἐνταῦθα τοὺς ἑαυτῶν στρατηγούς αὐθις ἐν αἰτίᾳ εἶχον τὸ τε πρότερον καλῶς ληφθέντας πρὸς Ἄργει Λακεδαιμονίους ἀφεθῆναι καὶ νῦν ὅτι ἀποδιδράσκοντας οὐδεὶς ἐπιδιώκει, ἀλλὰ καθ' ἠσυχίαν οἱ μὲν σώζονται, σφεῖς δὲ προδίδονται. Particula ἐνταῦθα hic referenda est ad adverbium εἴτα, quod respondet antecedentibus vocibus τὸ μὲν πρῶτον, et ideo posita videtur, ut ea quae in protasi allata sunt comprehendantur et maiore vi ea quae sequuntur annectantur, ita quidem ut idem fere significare videatur ac voces τούτου δὲ γεγενημένον simulque Argivos sociosque eorum initio quidem hostium receptu stupefactos fuisse, paulo post autem cum timerent ne hostes iterum elapsi essent imperatores insimulasse exprimitur. cf. V 69.

ἐπεὶ — τότε sive τότε δὴ.

I 39 οὗτοι δ' οὐ πρὶν πολιορκεῖν τὸ χωρίον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἠγγήσαντο ἡμᾶς οὐ περιόψεσθαι, τότε καὶ τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης παρέσχοντο. Corinthiorum qui post Corcyraeos Athenis concionantur vel maxime intererat demonstrare Corcyraeos proprie falsa sive futilia afferre, cum dicerent se quoque rem in arbitrium vocare voluisse. At de arbitrio, sic ratiocinantur Corinthii, nunc agi non potest, nam Corcyraei non prius quam urbem obsidebant, sed cum nos aequo animo laturos non esse iudicassent, tum de m u m speciosam arbitrii condicionem exhibuerunt, ita ut τότε particula in initio apodosis posita Corcyraeos sero arbitrium proposuisse significetur.

I 49 ἐπεὶ δὲ ἡ τροπὴ ἐγένετο λαμπρῶς καὶ ἐνέκλειτο οἱ Κορίνθιοι, τότε δὴ ἔργον πᾶς εἴχετο ἤδη καὶ διέκριτο οὐδὲν ἔτι. Thucydides proelio navali inter Corinthios et Corcyraeos orto Athenienses quoque interfuisse refert, ita tamen ut pugna abstinerent. Sed cum Athenienses Corcyraeos in cornu sinistro a Corinthiis premi viderent, primo quidem auxilio navigaverunt, Corcyraeis vero fugatis pugna

ita implicati sunt, ut cum Corinthiis manus consererent. Itaque voculis τότε δὴ rem magno discrimine fieri significatur et vertendum erit: 'tum vero' sive ut vernaculo sermone utar 'da nun vollends'. IV 78 ἐπειδὴ ἐγένετο (Βρασιδάς) ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν Τραχίνι καὶ, προπέμψαντος αὐτοῦ ἄγγελον ἐς Φάρσαλον παρὰ τοὺς ἐπιτηδείους ἀξιούντος διάγειν ἑαυτὸν καὶ τὴν στρατιάν, ἦλθον ἐς Μελιτίαν τῆς Ἀχαΐας Πάναιρός τε καὶ Δῶρος καὶ Ἰππολοχίδας καὶ Τορύλας καὶ Στρόφρακος, πρόξενος ὢν Χαλκιδέων, τότε δὴ ἐπορεύετο. Hoc loco particulae τότε δὴ prorsus aliam vim habent quam I 49. Nam nulla alia de causa a scriptore positae videntur esse nisi ut protasim maiore circuitu formatam comprehendant.

ἐπειδὴ — ἐν τούτῳ.

VII 23 ἐπειδὴ δὲ τὰ δύο τευχίσματα ἤλπισκετο, ἐν τούτῳ καὶ οἱ Συρακόσιοι ἐτύγχανον ἤδη νικώμενοι καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν φεύγοντες ἔξον παρέπλευσαν. Ea quae apodosi continentur eodem tempore facta esse, quo ea quae in protasi afferuntur, vocibus ἐν τούτῳ expressum est simulque aptae sunt quibus explicetur eos qui ex minoribus castellis captis fugiunt, facilius praetervehi posse quam illos ex primo castello fugientes, cum Syracusani iam victi (ἤδη νικώμενοι) navem ad persequendum mittere non possint.

ὅτε, ὁπότε — τότε, ἐνταῦθα δὴ.

I 39 οὗς χρῆν, ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσμέναι, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς μὲν ἠδικήμεθα, οὗτοι δὲ κινδυνεύουσι. Adverbium τότε in initio apodosis positum nos relegat ad coniunctionem antecedentem ὅτε, ita ut vocula τότε naturali quodam modo enuntiatio primaria et secundaria inter se nectantur et ea quae protasi afferuntur magna cum vi comprehendantur, id quod nos vertimus 'damals als.' Simile aliquid statuendum est in libri VIII cap. 53 ὁπότε δὲ μὴ φάησαν ἐρωτώμενοι, ἐνταῦθα δὴ σαφῶς ἔλεγεν αὐτοῖς. Quid scriptor particulis ἐνταῦθα δὴ significare velit, conexum sententiarum respicientibus perspicuum fit. Legati Atheniensium ex insula Samo cum Pisandro Athenas missi cum in urbem venissent, apud populum concionati sunt. Maxime eorum intererat demonstrare civitatem periculum a Peloponnesiis imminens depellere non posse, nisi rex et Tissaphernes socii conciliarentur et Alcibiades in patriam restitueretur. Sed ei

Athenienses, qui populi partibus studebant et timebant ne Alcibiades revocatus statum rei publicae commutaret, sententiam Pisandri et legatorum vehementissime impugnabant. Quos ut refelleret Pisander ex singulis postquam seduxit (*παράγων*) quaesivit, num de salute civitatis sperare possent, nisi a rege et Tissapherne subsidiis adiuvarentur. Cum interrogati non haberent quid dicerent (*ὁπότε δὲ μὴ γαίησαν ἐρωτώμενοι*), tum vero (*ἐνταῦθα δὴ*) apud eos confessus est id quod usque ad id tempus reticuerat, ut regem sibi conciliarent amicum, magistratus ad paucos deferendos et Alcibiadem recipiendum esse, cum is solus ea quae vellent peragere posset. Quod si respicimus, manifestum est voculis *τότε δὴ* aliquid novi atque magni momenti afferri.

εἰ, ἦν — ἦδη.

VII 77 καὶ ἦν ἀντιλαβόμεθα τοῦ φίλου χωρίου τῶν Σικελῶν (*οὗτοι γὰρ ἡμῖν διὰ τὸ Σαρακασίων δέος ἔτι βέβαιοι εἰσιν*) ἦδη νομίζετε ἐν τῇ ἐχρησῇ εἶναι. Hunc in locum quadrare videntur quae Kuehner¹⁾ de particulae ἦδη vi exposuit: In übertragenem Sinne steht ἦδη öfters in Beziehung auf einen vorangehenden Satz oder in einem Nachsatze, um eine unmittelbare, sich ohne Weiteres ergebende Folge auszudrücken.

I 18 καὶ τῶν Ἑλλήνων εἰ τινὲς που διασταίεν, πρὸς τούτους ἦδη ἐχώρου. Apodosim huius periodi Kuehner²⁾ vertit: ‚so schlossen sie sich sofort diesen an.‘

Particulae quae protasim sequuntur etiam obviam nobis fiunt participio sive coniuncto sive absoluto antecedente:

VI 56 χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἀρμιοδίου πολλῇ δὴ μᾶλλον δι' ἐκείνων καὶ ὁ Ἀριστογείτων παρωξύνετο

V 58 Ἀργεῖοι δὲ προαισθόμενοι . . . τότε δὴ ἐξεστράτευσαν καὶ αὐτοί. cf. I 91, 4, IV 30. 73. 75. 88. 135, VI 48. 61. 70, VIII 39. 99.

Non praetermittendi denique erunt ei loci, quibus particula velut *ἐνταῦθα δὴ* posita est nec protasi nec participio protasis loco praemisso. In eiusmodi quoque locis non minus quam supra laudatis particula *ἐνταῦθα δὴ* aliquid novi praeter expectationem fieri significatur. IV 22 Οἱ δὲ πρὸς μὲν τὴν ἀπόκρισιν οὐδὲν ἀντίειπον,

1) Ausführliche Griechische Grammatik II² p. 676.

2) ibidem.

Ξυνέδρους δὲ σφίσιον ἐκέλευον ἐλέσθαι οἵτινες λέγοντες καὶ ἀκούοντες περὶ ἐκάστου Ξυμβήσονται κατὰ ἡσυχίαν ὅ τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους. Κλέων δὲ ἐνταῦθα δὴ πολὺς ἐνέκειτο. cf. V 64, VIII 56.

Restat ut breviter disseramus de particula δὲ in initio apodosis obvia, quam grammatici vocant δὲ ἀποδοτικόν. Magnam similitudinem intercedere inter Homeri et Herodoti genus dicendi iam supra monuimus. Quanta similitudo inter utrumque sit, cum alias elucet tum inde apparet, quod Herodotus Homerum secutus tam saepe particulam δὲ in initio apodosis adhibuit, cum eadem apud Thucydidem, cuius periodi magis excultae sunt, multo rarius inveniatur. Priusquam singulos locos examinemus, qua ratione particulam δὲ in apodosi positam explicandam esse grammatici et interpretes censuerint breviter illustremus. Schweighaeuser¹⁾ pleonastica quadam ratione poni dicit δὲ particulam in initio apodosis repetitam ex protasis initio, et etiam ubi in protasi non adsit particula δὲ, adhiberi illam interdum in apodosi, quando idem subiectum orationis in apodosi sit quod in protasi. G. Hermannus²⁾ usitatum Graecis esse adnotat post plerasque particulas temporales in eisque maxime post ἐπεὶ per anacoluthiam inferre in apodosi particulam δέ. Praeisse autem hunc usum particulae δὲ in apodosi post particulas temporales epicos. Quem ad finem et quibus in enuntiatis particula δὲ in initio apodosis a Thucydide ponatur, breviter demonstrat Poppo³⁾ verbis: Particula δὲ in apodosi non solum ibi ponitur, ubi subiectum eius cum vi effertur, atque protasis subiecto opponitur, quibus locis Latini quoque ‚vero‘ dicunt, sed etiam modo Homericō et Herodoteo post particulas temporales in protasi particula δὲ instructas eadem redit in apodosi. Et ne praecedat quidem semper eadem particula in protasi sententiarum tempus indicantium. Inter grammaticos inprimis Matthiae⁴⁾ et Kuehner⁵⁾ accuratius de particula δὲ in initio apodosis posita disseruerunt, quorum ille δὲ particulam ut ἀλλὰ in apodosi poni dicit ad subiectum sive aliud vocabulum apodosis subiecto sive alii vocabulo protasis opponendum, etiam ad totam apodosim toti protasi opponendam post sententias tempus indicantes aut post enuntiatum relativum, ille iure refellens

1) Lexicon Herodoteum s. v. δέ.

2) adn. ad Vigerum p. 783.

3) adnot. ad I 11.

4) Ausführliche Griechische Grammatik³ II § 616 pg. 1469 sq.

5) l. l. § 533.

sententiam Naegelsbachii¹⁾, qui apodosim ab Homero particula δὲ conformatam paratacticam existimandam esse autumat, nos relegat ad propriam particulae δὲ significationem, quam nostrates vocant ‚andererseits‘ eaque maiore cum vi demonstrat protasi annecti apodosim, ita quidem ut simul quaedam ratio inter enuntiationem primariam et secundariam statuenda sit dilucide significetur.

Ex interpretibus Abicht²⁾, Stein³⁾, Classen⁴⁾, alii compluribus notis δὲ ἀποδοτικὸν tractaverunt. G. Hermannus, cuius sententiam iam supra attulimus, alio quoque loco⁵⁾ breviter vim illius particulae attingit comparans cum particula ‚vero‘ a Latinis in apodosi posita. Classen⁶⁾ denique cur illa particula tam saepe in periodis apud scriptores vetustiores nobis occurrat scite exponit verbis: Viel weiter aber als die bloss gleichstellende Anknüpfung von Vorder- und Nachsatz durch die einfache Copula, reicht im homerischen Sprachgebrauch die in stärkerem oder schwächerem Gegensatz gegenüberstellende Verbindung beider durch Adversativ-Partikeln. Hier bricht noch entschiedener die Kraft des realen Inhaltes des Gedankens durch die formale Regel der Periode hindurch, und behauptet trotz der äusserlichen Unterordnung des Vordersatzes unter eine relative Conjunction sein ursprüngliches Recht, den Gegensatz durch eine entsprechende Partikel zu bezeichnen. Am klarsten tritt diese dem durchgebildeten Sprachgebrauch fremde Erscheinung in kürzeren Gegenüberstellungen hervor’.

Ut meam sententiam paucis adumbrem, equidem cum Schweighaeusero illud δὲ ἀποδοτικὸν non minus quam alias apodosi particulas pleonastica quidem ratione explicaverim, simul autem monuerim illa particula aequae atque aliis particulis in initio apodosi obviis, qualis sententiarum nexus inter utramque periodi partem statuendus sit, dilucide significari. Tenendum quoque puto magnum esse discrimen inter epicis, quorum cum genere dicendi Herodotus permultis in rebus mirum in modum congruit et inter scriptores Atticos: illi particulas tamquam vincula inter periodi partes, prout ingenium linguae ut ita dicam posebat, saepissime ponunt, hi in periodis

1) excurs. XI ad Iliadem.

2) e. gr. not. ad Herod. I 13.

3) e. gr. not. ad Herod. II 39.

4) e. gr. not. ad Thucyd. I 11.

5) not. ad Soph. Phil. v. 86.

6) Beobachtungen üb. d. hom. Sprachgebrauch pg. 32.

magis magisque logica ratione conformatis particulis illis facile supersedere possunt.

His paucis in universum de particula δὲ in initio apodosis posita praemissis iam singulos Herodoti et Thucydidis locos perlustramus et protasis sententiae ratione habita distribuamus. Supersedeo hic omnes locos Herodoteos, quibus δὲ ἀποδοτικὸν nobis obviam fit, singillatim pertractare; sufficiat monuisse periodorum, quarum in apodosi apud Herodotum particula δὲ legitur, secerni posse tria genera, quae Kleber¹⁾ secutus Gomperzium ita distribuit:

- A. Wiederholung des apodotischen δὲ aus dem Vordersatze. I 138. 163, II 50, III 37. 121; V 37, VI 16. 58 etc.
- B. Auftreten desselben in Nachsätzen einer Doppelperiode, deren beide Hälften jedoch nicht gleichmässig ausgeführt sind. I 13. 173: 196, II 26. 39. 42. 102. 149. 174, III 36, 69 etc.
- C. Eigentlich anakolutischer, durch begrifflichen Gegensatz motivierter Gebrauch des δὲ = ἀλλά. I 112, III 68, V 40, VII 51. 103, VIII 22, IX 60.

Thucydideos quoque locos Gomperzii rationem secuti distribuere possumus. Ac primo quidem generi attribuendus videtur I 11. 18, V 16, VIII 70²⁾. Alterius generis exemplum apud Thucydidem legimus II 65 ὅσον τε γὰρ χρόνον προὔστη (Περικλῆς) τῆς πόλεως ἐν τῇ εἰρήνῃ, μετρίως ἐξηγεῖτο καὶ ἀσφαλῶς διεφύλαξεν αὐτήν, καὶ ἐγένετο ἐπ' ἐκείνου μεγίστη, ἐπεὶ τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγονοὺς τῆν δύναμιν. Tertium genus invenitur III 98 μέχρι μὲν οὖν οἱ τοξόται εἶχόν τε τὰ βέλη αὐτοῖς καὶ οἳοι τε ἦσαν χρῆσθαι, οἱ δὲ ἀντεῖχον. cf. I 37, II 46.

Si alia quoque ratione Herodoteos et Thucydideos locos, quibus particula δὲ in apodosi invenitur, breviter comparamus, nonnulla inter utrumque scriptorem discrimina statuenda erunt. Ac primum quidem notandum videtur Herodotum hac quoque in re Homerum

¹⁾ l. l. pg. 22.

²⁾ VIII 70 legitur Ὡς δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἢ τε βουλὴ οὐδὲν ἀντειποῦσαι ὑπεξῆλθε καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται οὐδὲν ἐνεωτέριζον ἀλλ' ἠσύχαζον, οἱ δὲ τετρακόσιοι ἐσελθόντες ἐς τὸ βουλευτήριον — πρυτάνεις ἀπεκλήρωσαν. Classen hoc loco contra omnes libros manuscriptos particulam δὲ in apodosi deleri vult, quod sententiarum conexu male intellecto in textum qui vocatur recepta sit, aliis autem locis scriptor non nisi parenthesis interposita sit ut particulam δὲ in apodosi ponat commoveatur. Sed mea sententia non est cur particulam δὲ reiciamus, cum multis similibus locis qui apud alios scriptores velut apud Herodotum inveniuntur fulciri mihi videatur.

secutum multo saepius Thucydide δὲ particulam in initio apodosis adhibere; quocum cohaeret in Herodoti libris coniunctionibus in protasi positis magis variari quam in Thucydideis: apud Herodotum post coniunctiones temporales decies in apodosi particula δὲ ponitur (τέως I 173, μέχρι IV 3; ἐπει IX 73, ἕως IV 165, IX 70, ὥς I 163, VIII 12, ἐπεάν II 149, III 108, IV 72), apud Thucydidem sexies (μέχρι III 98, ἐπει II 65, ὥς VIII 70, ἐπειδὴ I 11. 18, V 16), post coniunctionem causalem apud Herodotum ter (ἐπει I 112, V 40, VII 51), apud Thucydidem quoad equidem vidi nullo loco, post coniunctiones condicionales apud Herodotum decies septies (εἰ II 26, III 36. 68, IV 126, V 73, VI 30, VII 103. 159, VIII 22. 115, IX 60, ἤν I 13, III 69, IV 61. 94, V 11, VI 52), apud Thucydidem nullo loco, post enuntiationem relativam apud Herodotum octies (II 39. 50. 102, III 37, IV 90, V 37, VI 58, IX 63), apud Thucydidem semel (II 46), post enuntiationem comparativam apud Herodotum septies (I 196, II 42. 174, III 133, IV 123, VI 16, VII 188), apud Thucydidem semel (I 37).

Denique non omiserim commemorare apud Herodotum aequae atque apud Homerum pro particula δὲ in initio apodosis interdum maiore cum vi poni ἀλλὰ, velut IX 42. 48 (Homerus praeter ἀλλὰ adhibet ἀντάρ), post particulam δὲ in apodosi positam saepius legi praesertim enuntiatione condicionali antecedente imperativum secundae personae pronomine σὺ vel ἑμεῖς amplificatum, velut I 112, III 68. 69, IV 126, V 40, VII 51. 159, quibus locis pronomen σὺ imperativo additum est, duobus locis VIII 22, IX 60 ἑμεῖς, cuius usus apud Thucydidem exemplum non inveni; simul autem monuerim Herodotum hic illic ab Homeri usu in particula δὲ ponenda recedere, cum e. gr. apud Herodotum δὲ ἀποδοτικῶ tantum appositus est articulus, pronomen personale, pronomen demonstrativum, apud Homerum autem alia quoque vocabula velut particulae temporales.

Ut etiam planius diiudicare possimus, quaenam ratio, quatenus ad particulas in initio apodosis obvias et coniunctiones periodorum pertinet, inter Herodotum et Thucydidem intercedat, haud abs re erit indicem hic apponere continentem et particulas et coniunctiones sive ab utroque sive ab uno alterove usurpatas, ita quidem ut numerus quoque locorum notetur.

Apud Herodotum:

- ὡς — οὕτω 1
 ὡς — οὕτω δὴ 9
 ὡς — ἐνθαῦτα, ἐνταῦθα δὴ 30
 ὡς (ὄκως) — ἐνθεῦτεν sive τὸ
 ἐνθεῦτεν 6
 ὡς — τηρικαῦτα 1
 ὄκως — τηρικαῦτα 1
 ὡς — αὐτίκα μετὰ ταῦτα 1
 ὡς — δέ 2
 τέως — δέ 1
 μέχρι — δέ 1
 ἕως — δέ 2
 ὡς — apodosi forma epanalepsis
 notata 1

- ἐπεὶ, ἐπειδὴ — οὕτω δὴ 12
 ἐπεὶ — ἐνθαῦτα, ἐνθαῦτα δὴ 10
 ἐπεὶ — καὶ δὴ καὶ τότε 1
 ἐπεὶ — ἐνθεῦτεν, ἐνθεῦτεν ἤδη 2
 ἐπειδὴ — νῦν ὧν 1
 ἐπεὶ — πρὸς ταῦτα 1
 ἐπεὶ — μετὰ ταῦτα 2
 ἐπεὶ — αὐτίκα μετὰ ταῦτα 2
 ἐπεὶ — ἐν τούτῳ 2
 ἐπεὶ — ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ 1
 ἐπεὶ — ἐν τούτῳ (δὴ) τῷ καιρῷ 2
 ἐπεὶ — δέ 4
 ἐπεὶ — ἀλλὰ 1
 ἐπειδὴ — ἀλλὰ 1

- ἐπεὶ — δέ 4
 ἐπεὶ — τότε 7

Apud Thucydidem:

- ὡς — οὕτω δὴ 2
 ὡς — ἐνταῦθα (ἤδη) 2
 ὡς — ἐντεῦθεν δὴ 1
 ὡς — δέ 1
 μέχρι — δέ 1
 ὡς — ὕστερον δὴ 1
 ὡς — τότε δὴ 1
 ὡς — τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν
 τοῦτον 2
 ἐπειδὴ — οὕτω δὴ 5
 ἐπειδὴ — ἐνταῦθα 2
 ἐπειδὴ — ἐν τούτῳ 1
 ἐπειδὴ — δέ 3
 ἐπειδὴ — δὴ 3
 ἐπειδὴ — τότε 1
 ἐπειδὴ — τότε δὴ 6

ἐπεὶ — τότε ὦν 2

ἐπεὶ — ἐνθαῦτα 1

ἐπεὶ — τὸ ἐνθεῦτεν 2

ἐπεὶ τάχιστα — ἐνθεῦτεν ἤδη 1

ἐπεὶ — τὸ ἀπὸ τούτου 1

ὅταν — καὶ τότε 1

ὅταν — τότε δὴ 1

ὅτι — αὐτίκα μετὰ ταῦτα 1

ἐν ᾧ — ἐν τούτῳ 2

ἐν ᾧ — ἐν τούτῳ παρὰ τῆ χρονῶν 1

εἰ — δέ 11

ἤν — δέ 6

ὅς — δέ 8

ὅσος — δέ 7

Post protasim participio formatam sequuntur voculae οὕτω sive οὕτω δὴ 31, τότε 1, καὶ τότε 1, δὴ τότε 1, ἐνθαῦτα 13, ἐνθαῦτα δὴ 2, πρὸς ταῦτα 1, μετὰ ταῦτα 3, τὸ ἀπὸ τούτου 1, ἐν τούτῳ δὴ τῆ καιρῶν 1, πρὸς ταῦτα δὴ ὦν 1, κατὰ τοῦτο 1.

Apodosis post protasim participio formatam bis notatur 1.

ὅς — δέ 1

ὅσος — δέ 1

Post protasim participio formatam sequuntur voculae οὕτω sive οὕτω δὴ (ἤδη) 6, δὴ 1, τότε δὴ 1, ἤδη 1, ἐνθεῦτεν δὴ 1.

ὅτε — τότε 1

ὁπότε — ἐνθαῦτα δὴ 1

εἰ — ἤδη 1.

Perspicientes indicem quem supra constituimus iam primo obtutu cognoscimus apud Thucydidem prae Herodoto satis paucas inveniri periodos, in quibus apodosis una alterave particula notatur. Id inde explicandum mihi videtur, quod Thucydidis dicendi genus iam ita conformatum est, ut periodi illis tamquam vinculis facile queant supersedere. Itaque facile intellegemus a Thucydide semper fere in initio apodosis eas particulas omissas esse, quae nulla alia causa ponuntur, nisi ut initium apodosis notetur, cum ab Herodoto, ut alia omittam exempla, post coniunctionem ὅς, id quod supra monuimus, triginta fere locis particula ἐνθαῦτα sive ἐνθαῦτα δὴ abundanter

posita sit. Neque praesertim cum Thucydides periodos certa quadam lege effingere adamet — ponit enim subiectum protasi et apodosi commune in initio periodi et annectit coniunctionem¹⁾ — est cur miremur plurimas periodos etiam circuitu longiore formatas in libris Thucydidis inveniri, in quibus particulae *ἐνταῦθα δὲ* similes positae non sunt, etiamsi apodosi aliquid praeter expectationem fieri significetur. cf. I 26. 27. 46. 102, II 3. 5. 23. 59. 78. 80. 90. 92. 94. 102. Quantopere autem Herodotus in periodis conformandis ex Homeri carminibus pendeat, cum aliis ex rebus tum eo vel maxime cernitur, quod particulam δὲ, quae vocatur *ἀποδοτικὸν* et in Iliade circiter quinquagies, in Odyssea quadragies posita est²⁾, in initio apodosi plus quadragies adhibuit, cum apud Thucydidem haec particula illa vi imbuta perraro legatur.


¹⁾ Raro Thucydides ab hac enuntiationum collocatione recedit velut subiecto quod protasi et apodosi commune est post coniunctionem posito I 28 *Ἐπειδὴ δὲ ἐπέθοντο οἱ Κερκυραῖοι τὴν παρασκευὴν, ἐλθόντες εἰς Κόρινθον μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Σικωνίων πρέσβειων, οὓς παρέλαβον, ἐκέλευον Κορινθίους τοὺς ἐν Ἐπιδάμῳ φρουροὺς τε καὶ οἰκίτορας ἀπάγειν· ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνον.* cf. I 46. 48. 56. 128, II 78.


²⁾ cf. Ebeling Lexicon Homericum vol. I. s. v. δέ pg. 277.


VITA.


Guilelmus Fridericus Amrhein natus sum Marpurgi Cattorum a. d. IX. Kal. Dec. a. 1853 patre Ernesto, quem praematura morte mihi ereptum valde lugeo, matre Margaretha de gente Barth. Fidem profiteor evangelicam Lutheri. Matre quoque infans orbatus a tutore educatus sum. Primis litterarum elementis imbutus frequentavi gymnasium Marpurgense. Testimonium maturitatis adeptus anno 1874 adii universitatem Philippinam Marpurgensem, cuius civibus ascriptus philologiae studiosus me applicavi ad *Bergmannum*, *Caesarem* †, *Cohenum*, *Nissenum*, *Schmidtium* †, *Varrentrappium*. Summum autem fructum inde percepi, quod inter sodales ordinarios seminarii philologici recepto spectatissima *Caesaris* et *Schmidtii* institutione uti mihi licebat. Omnibus his viris optime de me meritis gratias semper habeo quam plurimas. Studiis peractis et examine pro facultate docendi superato annum tirocinii in gymnasio Mindensi absolvi. Postquam per annum stipendia feci, inspector alumnatus a monasterio Loccumensi Hamelae constituti vocatus sum. Quo munere per annum functus numero praeceptorum ordinariorum gymnasii Hamelensis ascriptus sum.
















Gh 44.388.9

De abundantia generis dicendi Herodot

Widener Library

003929905



3 2044 085 120 921

